Ἐξεύρεσις, εως, ἡ, inventio, lucrum; ἐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῶν ἔργων αὐτῶν, nihil lucri accrescit ex operibus eorum, Baruci, iii. 18. Malè vers. Angl.
Ἐξευρηκότων, gen. pl. ab
Ἐξευρηκὼς, ότος, qui invenit, part. perf. act. ejusd.
Ἐξεύρημα, ατος, τὸ, inventum: à perf. pass. verbi seq.
Ἐξευρίσκω, excogito, comperio: ab ἐξ et εὑρίσκω, idem, f. ήσω, p. εὕρηκα, a. 2. εὗρον.
Ἐξευρόντες, ejusd. a. 2. part. act. pl. num. Vide ἐξευρεῖν.
Ἐξεφαάνθη, ης, η, emersi, a. 1. ind. pass. pro ἐξεφάνθην, per Epenth. τῦ α, verbi ἐκφαίνω, emergo. Th. φαίνω, ostendo, f. νῶ, p. πέφαγκα, a. 1. ἔφηνα.
Ἐξέφαναν, exorta sunt, Att. 3. pl. a. 1. act. pro pass. a. 2. ἐξεφάνησαν. ab eod. Th.
Ἐξέφερον, exportabant, 3. pl. imperf. verbi ἐκφέρω. Th. φέρω, f. οἴσω, a. 1. ἤνεγκα.
Ἐξεφρέομεν, Ion. pro ἐξεφέρομεν, 1. pl. præf. ind. act. ab ἐκφρέω, pro ἐκφέρω.
Ἐξέφυν, υς, υ, natus sum, cum gen. a. 2. act. ab ἐκ et inus. φῦμι, (idem ac Th. φύω, nascor.) Undè a. 2. ἔφυν.
Ἐξέχει, 3. sing. imperf. vel a. 1. act. verbi ἐκχέω, effundo; f. 1. ἐκχεύσω, f. 2. ἐκχέω, a. 1. ἐξέχευσα, ἐξέχευα, et ἐξέχεα, ας, ε, a. 1. imperat. ἔκχεον, άτω, 2. pl. ἐκχέατε, imperf. pass. ἐξεχεόμην, -έετο. ab ἐκ et χέω, fundo, f. χεύσω.
Ἐξέχρησε, suffecit, 3. sing. a. 1. act. Vide in ἐκχρῆν, pro ἐξαρκεῖν, sufficere.
Ἐξεχύθην, ης, η, exii, penetravi; a. 1. pass. verbi ἐκχύω, seu ἐκχύνω, effundo; f. ύσω, p. ἐκκέχυκα. ab ἐκ et χύω, fundo. Th. χέω, χεύσω.
Ἐξέχω, f. ἕξω, p. ἐξέσχηκα, emineo, exto, exorior: ab ἐξ et ἔχω.

'Εξέψυξε, *animam efflavit*, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἐκψύχω, *animam efflo*; f. ξω. ab ἐκ et ψύχω, f. ξω, *frigefacio*.

'Εξέψω, *coquo, elixo*.

'Εξέωσαν, Att. pro ἔξωσαν, 3. pl. a. 1. act. verbi ἐξωθέω, *impello*: ab ἐκ et ὠθέω, f. ὤσω, *pello*.

'Εξήγαγον, pro ἐξῆγον, *eduxit*; a. 2. ind. Att. verbi ἐξάγω, *educo*, q. vid.

'Εξήγγειλα, ας, ε, *indicassem*, a. 1. ind. act. verbi ἐξαγγέλλω. Th. ἀγγέλλω, *nuntio*, f. λῶ, p. ἤγγελκα, a. 1. ἤγγειλα.

'Εξήγειρα, ας, ε, a. 1. ind. act. ab ἐξεγείρω, *excito, suscito*; f. ἐξεγερῶ, p. ἐξήγερκα. Th. ἐγείρω, idem.

'Εξηγέομαι, οῦμαι, *expono, enarro; præsumo, rego; censeo, differo*: imperf. ἐξηγεόμην, -ούμην, ου, -ῦ, -εῖτο, εῖτο, f. ἐξηγήσομαι, a. 1 m. ἐξηγησάμην, ω, ατο, a. 1. part. ἐξηγησάμενος. ab ἐξ et ἡγέομαι, *duco*.

'Εξηγέρθην, ης, η, a. 1. ind. pass. ab ἐξεγείρω.

'Εξηγούμενος, η, ον, præs. part. ἐξηγοῦνται, 3. pl. præs. verbi ἐξηγέομαι.

'Εξήγημα, ατος, τὸ, *enarratio, quod narratur*; et

'Εξήγησις, εως, ἡ, *enarratio, expositio*: propriè divinorum et excellentium, ut ἑρμηνεία, vulgarium: et

'Εξηγητὴς, ῦ, ὁ, *interpres, magus, conjector*: ἐξηγηταὶ, Athenis, *sacrorum interpretes*; et

'Εξηγητικὸς, η, ὸν, *enarrativus*: τὰ ἐξηγητικὰ, *libri Pontificiales*. Omnia à p. pass. verbi ἐξηγέομαι, *expono*.

'Εξηγόρασα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἐξαγοράζω, *redimo*; f. σω, p. ἐξηγόρακα, a. 1. sub. act. ἐξαγοράσω, ῃς, ῃ. ab ἐξ et ἀγοράζω, *emo*. Th. ἀγορὰ, *forum*.

'Εξηγορία, ιας, ἡ, *accusatio*.

'Εξηγρόμην, per Sync. pro ἐξηγειρόμην, *exsurrexi, expergefactus sum*; imperf. pass. ab ἐξ et ἔγρομαι, pro ἐγείρομαι. Th. ἐγείρω.

'Εξήεσαν, *egressi sunt*, 3. pl. a. 1. Att. ἐξήεσα, verbi ἔξειμι, *exeo*, vel ἐξίημι. ab ἐξ et εἶμι, *eo*; a. 2. ἐξ-ιον, ες, ε, præs. inf. ἐξιέναι.

'Εξήκειν, *exire, exitum habere*: ab ἐξ et ἥκω.

'Εξήκοντα, οἱ, αἱ, τὰ, *sexaginta*. Th. ἕξ, *sex*.

'Εξηκοντατὴς, ῦ, ὁ, *sexagenarius*.

* 'Εξηκοντάκλινος, *domus sexaginta lectulorum*.

'Εξήλασαν, 3. pl. a. 1. ind. act. verbi ἐξελαύνω, *exagito, expello*. Th. ἐλαύνω, *agito*; f. ἐλάσω, a. 1. ἤλασα, p. ἤλακα.

'Εξήλατο, 3. sing. a. 1. ind. m. verbi ἐξάλλομαι, *exilio*. Th. ἄλλομαι, *salio*; a. 1. m. ἡλάμην, ου, το, et per Sync. ἆλτο.

'Εξήλατος, η, ον, *extensus, extrinsecus obductus*: ab ἐλαύνω, *ductile opus facio*.

*'Εξηλείφθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass. et

'Εξήλειψε, 3. sing a. 1. ind. act. verbi ἐξαλείφω, *deleo*.

'Εξήλθετε, 2. pl. a. 2. ἐξῆλθον, ες, ε, verbi ἐξέρχομαι, *exeo*.

'Εξῆλθον, per Sync. pro ἐξήλυθον, a. 2. ejusd.

'Εξηλίασα, *crucifixi*, a. 1. ind act. verbi ἐξηλιάζω, *crucifigo, sole aduro*: ab ἐξ et ἡλιάζω, *soli expono*. Th. ἥλιος, *sol*.

'Εξηλλαγμένος, p. part. pass. ab ἐξαλλάττω, *immuto*. Th. ἀλλάττω, *muto*.

'Εξήλυσις, Ion. et Poët. pro ἔξοδος, *exitus*: ab ἐξέρχομαι. Th. ἔρχομαι, *venio*.

* 'Εξήλθοσαν, *exierant*, 3. pl. a. 2. act. pro ἐξῆλθον, Exod. xvi. 27.

* 'Εξημέρωσις, εως, ἡ, *cicuratio*.

'Εξήμεσε, *evomuit*, a. 1. ind. act. ab ἐξεμέω, quod ab ἐμέω, *vomo*.

'Εξῆν, *licebat*, verbi ἐξεῖναι, *licere*.

'Εξήνεγκε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἐκφέρω, *effero*; f. ἐξοίσω. Th. φέρω, *fero*; a. 1. ἤνεγκα, a. 2. ἤνεγκον.

'Εξηπάτησα, ας, ε, *decepi, frustratus sum, seduxi*; a. 1. ind. act. verbi ἐξαπατάω, idem quod Th. ἀπατάω, *decipio*.

'Εξήπαφε, *decepit*, 3. sing. imperf. act. ab

'Εξηπάφω, et ἐξηπαφίσκω, Odyss. λ. ver. 216. Poët. id. quod ἐξαπατάω.

'Εξήπλωτο, 3. sing. plusq. p. pass. verbi ἐξαπλόω, *expando, explico*: ab ἐξ et ἁπλόω, idem. Th. ἁπλόος, et contractè ἁπλοῦς, *simplex*.

'Εξῆρα, *sustuli*, a. 1. act. verbi ἐξαίρω, *effero*. Th. αἴρω, *tollo*.

'Εξήραμμαι, seu ἐξήρασμαι, perf. pass. verbi ξηραίνω, *sicco*; f. ανῶ, p. ἐξήρασκα. Th. ξηρὸς, *aridus*.

'Εξήρανα, *arefeci*, a. 1. ind. act. ejusd.

'Εξηράνθην, *exarui*, a. 1. ind. pass. ejusd.

'Εξῆρες, 2. sing. imperf. vel a. 2. act. verbi ἐξαίρω, *aufero*. Th. αἴρω, *tollo*.

'Εξήρετο, 3. sing. imperf. m. vel pass. verbi ἐξέρομαι, *interrogo*. Th. εἴρω, *dico*. Hinc εἴρομαι et ἔρομαι, idem.

'Εξηρεύνησα, ας, ε, et in 3. pl. ἐξηρεύνησαν, a. 1. ind. act. verbi ἐξερευνάω, *penitùs scrutor*.

'Εξηρεύξατο, 3. sing. a. 1. ind. m. ab ἐξερεύγομαι, a. 1. ind. m. ab ἐξερεύγω, f. ξω, *eructo, ructum effundo*. Th. ἐρεύγω, *ructo*.

'Εξηρτισμένος, *perfectè instructus*; perf. part pass. verbi ἐξαρτίζω, *planè perficio*.

'Εξηρτυμένοι, *instructi, muniti*, p. part. pass. ab ἐξ et ἀρτύω, *instruo*.

'Εξῆρχον, *incipiebant, duces erant*, 3. pl. imperf. act. ab ἐξάρχω ab ἐξ et ἄρχω, *incipio*. Th. ἀρχὴ, *initium, imperium*.

'Εξηρώησε, Poët. est 3. sing. a. 1. act. verbi ἐξερωέω, *cum impetu feror, celeritèr recedo*. Th. ἐρωέω, *eo, fluo*.

'ΕΞΗ̃Σ, adverbialitèr, *deinceps, consequenter*: ἐφεξῆς, idem. ὁ ἑξῆς, *ordine sequens*: ἡ ἑξῆς, scil. ἡμέρα, *sequens dies*: Poët. ἑξείης qu. ab ἔχω.

'Εξήταξα, Dor. pro ἐξήτασα, a. 1. ind. act. verb. ἐξετάζω, *examino, exploro*; f. σω, et Dor. ξω.

'Εξηχέομαι, -οῦμαι, *persono*; f. ήσομαι, p. pass. ἐξήχημαι, σαι, ται. ab ἐξ et ἠχέω, *sono*. Th. ἦχος, *sonus*.

'Εξηχέω, *resono*.

'Εξίειν, Ion. pro ἐξιέναι, *exire*, et pro *ejicere* sumitur: vel ab ἐξ et ἵημι, *mitto*: vel ἵημι pro ἴω, εἶμι, *vado*.

'Εξιέω, seu ἐξίημι, *expando*. Pindar.

'Εξικέσθαν, Dor. pro ἐξικέσθην, 3. dual. a. 2. ind. m. pro pl. ἐξίκοντο et

'Εξίκετ', *pervenit*, 3. sing. a. 2. ind. m. ἐξικόμην, ου, ετο. ab

'Εξικνέομαι, *pervenio*: ab ἐξ et ἱκνέομαι, *venio*; f. ἵξομαι, p. ἷγμαι, a. 2. m. ἱκόμην.

'Εξικνεῖσθαι, ejusd. præs. inf.

'Εξικόμην, ου, ετο, *perveni*; ejusd. a. 2. m.

'Εξιλάομαι, et -άσκομαι, *placo*. Th. ἱλάω, *propitius sum*.

'Εξίλασις, εως, ἡ, *placatio*; et

'Εξίλασμα, ατος, τὸ, *placamen*; et

'Εξιλασμὸς, ῦ, ὁ, *placatio*: à perf. pass. verbi ἐξιλάομαι.

'Εξιλάσομαι, *placabo*; f. 1. m.

'Εξίμεναι, *exire*: Dor. pro ἐξιέναι, vel ἐξιέναι, præs. inf. ab ἐξ et εἶμι, *eo*.

'Εξιόντων, gen. pl. part. a. 2. verbi ἔξειμι, *exeo*. Th. εἶμι, *eo*; a. 2. ἴον, a. 2. part. ἰών.

'Εξιππεύομαι, *equitando animi gratiâ expatior, evagor*.

'Εξίπτημι, *evolo*; ab ἵπτημι.

'Εξις, εως, ἡ, *habitus*; in acc. ἕξιν. Th. ἔχω.

'Εξισάζω, f. άσω, *adæquo et æquiparo*.

'Ἐξισοῦσθαι, præf. inf. paff. ab
'Ἐξισόω, *adæquo*: ab ἐξ et ἰσόω, *equo*, f. ώσω. Th. ἴσος, vel ἶσος, *par*, *æqualis*.
'Ἐξίσταντο, *percellebantur*, 3. plur. imperf. m. ab
'Ἐξίσταμαι, *obstupesco*, *cedo*; ab
'Ἐξίστημι, et ἐξιστάω, *obstupefacio*, *immuto*, f. ἐκστήσω· a. 1. ἐξέστησα· a. 2. ἐξέστην, ης, η, *perculsus fui*; imperf. m. ἐξιστάμην, ασο, ατο ab ἐξ et ἵστημι, *sto*.
'Ἐξιστορεῖν τι, *exquirere quid*, Ion. et Poët. pro ἐκζητεῖν, quod ex ἱστορέω, *cognosco*. Th. ἵστωρ. *sciens*.
'Ἐξισχύω, *valeo*, *possum*, f. σω, p. ἐξίσχυκα· a. 1. ἐξίσχυσα· a. 1. sub. ἐξισχύσω, ης, η· ab ἐξ et ἰσχὺς, *robur*, *vires*.
'Ἐξίτηλος, ου, ὁ ἡ ἡ, *evanidus*, *exolescens*: ab ἐξιέναι, *exire*, *evanescere*.
'Ἐξιτὸν, verbale, οἷς οὐκ ἐξιτὸν ἐστι, *quibus non exire licet*: ab ἔξειμι, *exeo*. Th. εἶμι, *eo*.
'Ἐξιχνεύω, f. εύσω, *vestigo*, *pervestigo*.
'Ἐξιχνιάζω, f. άσω, p. κα, idem: undè
'Ἐξιχνιασμὸς, ῦ, ὁ, *investigatio*.
'Ἑξκαίδεκα, indecl. *sexdecim*: ab ἓξ, καὶ, et δέκα.
'Ἐξοδεύω, f. εύσω, p. ἐξωδεύκα, *excedo*, *morior*.
'Ἐξοδία, ας, ἡ, *egressio*, *expeditio*: et indè
'Ἐξοδιάζω, *exire facio*, *expendo*: ab ἔξοδος, *exitus*, quod ab ἐξ et ὁδὸς, *via*.
'Ἐξοδιασθεὶς, ἕντος, *ab eunte illatus*, ejufd. a. 1. part. paff.
'Ἐξόδιον, ου, τὸ, *EXODIUM*, *exitus*, et
'Ἔξοδος, ου, ἡ, *exitus*; item *mors*: ab ἐκ et ὁδὸς, *via*.
'Ἐξοικέω, f. ήσω, *emigro*, et
'Ἐξοικίζω, f. ίσω, *domo ejicio*, *expello*: ab
'Ἐξοικος, ου, ὁ ἡ ἡ, *exul*: ab ἐξ et οἶκος.
'Ἐξοίσομεν, *efferemus*, 1. plur. et ἐξοίσουσι, 3. pl. f. 1. ind. act. verbi ἐκφέρω, *effero*, f. ἐξοίσω. Th. φέρω, *fero*; a. 1. ἤνεγκα· a. 2. ἤνεγκον.
'Ἐξοιχνεῦσιν, *egrediuntur*, pro ἐξοιχνέουσιν, Dor. et Ion. 3. plur. præf. ind. act. verbi οἰχνέω, idem quod οἴχομαι, *abeo*, fut. οἰχήσομαι, perf. ᾤχημαι.
'Ἐξοκέλλω, f. ελῶ· a. 1. ἐξώκειλα, *delabor*, *impingo*; item *averto*: ab ὀκέλλω. Th. κέλλω.
'Ἐξολέσειεν, *perdat*, 3. fing. a. 1. optat. act. Æol. ab ἐξ et ὄλλυμι, *perdo*, f. ολέσω, p. ὤλεκα· p. med. ὦλα.
'Ἐξολέσωμεν, *deperdamus*, 1. pl. a. 1. fub. act. ejufd.

'Ἐξολισθαίνω, *effugio*, *elabor*, *excido*, *eludo*, f. ανῶ, p. ἐξωλίσθηκα.
'Ἐξολλύω, -λλυμι, f. ολέσω, *perdo*. Th. ολέω.
'Ἐξολόθρευμα, ατος, τὸ, et
'Ἐξολόθρευσις, εως, ἡ, *perditio*: ab
'Ἐξολοθρεύω, *funditus perdo*, fut. εύσω, perf. ἐξωλόθρευκα· præf. paff. ἐξολοθρεύομαι, *dispereo*; p. paff. ἐξωλόθρευμαι· a 1. paff. ἐξωλοθρεύθην· f. 1. paff. ἐξολοθρευθήσομαι· ab ἐξ et ὄλεθρος, *exitium*. Th. ὄλλυμι, *perdo*.
'Ἐξολόλυξα, ας, ε, a. 1. ind. act. ab ἐξολολύζω, *ululatus edo*. Th. ὀλολύζω, *ululo*, f. ξω, p. χα.
"Ἐξομαι, f. 1. m. verbi ἔχω, *habeo*.
'Ἐξομβρέω, f. ήσω, p. ἐξώμβρηκα, *pluo*, *stillo*; ἐξομβρήσει βδέλυγμα, *implebitur maledictione*, Eccl. x 13. Th. ὄμβρος, *pluvia*.
'Ἐξόμνυμι, et frequentiùs -μαι, f. όσω, p. ωμόκα, *abjuro*, *ejuro*: ab ἐξ et ὄμνυμι, f. ὀμόσω, *juro*.
'Ἐξομοιόω, -ῶ, fut. ώσω, p. ἐξωμοίωκα, *assimilo*, *effingo*: undè
'Ἐξομοιοῦμαι, *similitudinem refero*.
'Ἐξομολογέομαι, -οῦμαι, *confiteor*, *gratias ago*, *celebro*, *glorifico*, cum dat. f. ήσομαι· a. 1. m. ἐξωμολογησάμην, ω, ατο· ab ἐξ et ὁμὸς, *similis*, et λόγος, quod à λέγω, *dico*.
'Ἐξομολόγησις, εως, ἡ, *confessio*, *prædicatio*, *gratiarum actio*: à perf. paff. fuperioris verbi.
'Ἐξὸν, præf. part. n. g. ab ἔξεστι, *licet*, q. v.
'Ἐξονομάζω, *nomine voco*, *invoco*, *loquor*, et
'Ἐξονομαίνω, f. ανῶ, *nuncupo*. Th. ὄνομα, *nomen*.
'Ἐξόπιθεν, Poët. pro
'Ἐξόπισθεν, adv. *à tergo*, *in posterum*, *è longinquo*; cui opponitur κατόπιν, *proximè*, et
'Ἐξοπίσω, adv. *retrò*, *in postremum*, *posteà*. Th. ὀπίσω, *retrorsum*.
'Ἐξοπλίζω, *penitus armis instruo*, *instituo*, f. ίσω· p. paff. ἐξώπλισμαι.
'Ἐξοπτᾶν, pro ἐξοπτάειν, præf. inf. act. *excoquere*. Th. ὀπτάω, *asso*, f. ήσω.
'Ἐξορία, ας, ἡ, *exterminatio*, *exilium*: ab ἐξ et ὅρος, *terminus*.
'Ἐξορίζειν, præf. inf. act. *exterminare*, ab ἐξορίζω, *extermino*. Th. ὅρος, *terminus*.
'Ἐξορκίζω, *adjuro*, f. ίσω, et Att. -ιῶ, perf. ἐξώρκικα· a. 2. ἐξώρκισα· perf. paff. ἐξώρκισμαι. Th. ὅρκος, *jusjurandum*.
'Ἐξορκισμὸς, ῦ, ὁ, *adjuratio*: à 1. perf. et
'Ἐξορκιστὴς, ῦ, ὁ, *EXORCISTA*: à 3. perf. perf. paff. fuperioris verbi.
'Ἐξορκιῶ, f. Att. ejufd.

"Ἐξορκος, ου, ὁ, *eximium jusjurandum*, vel *jusjurandum contrarium aliorum verbis*. Th. ὅρκος, *jusjurandum*.
'Ἐξορκῦν, pro ἐξορκόειν, præf. inf. act. ab
'Ἐξορκόω, -ῶ, fut. ώσω, perf. ωκα, idem, ac ἐξορκίζω, *jurejurando obstringo*. Th. ὅρκος, *jusjurandum*.
'Ἐξόρκωσις, εως, ἡ, *jusjurandum*: à 2. perf. perf. paff. fuperioris verbi.
'Ἐξορμάω, f. ήσω, *erumpo*, *proficiscor*, *impello*, ναῦν, *navem ex statione deduco*: ab ἐξ et ὁρμάω, *impetu feror*. Th. ὁρμή.
'Ἐξόρμησις, εως, ἡ, *eruptio*: à 2. perf. præt. paff. fuperioris verbi.
'Ἐξορμίζω, pro quo etiam dicitur.
'Ἐξορμιῶ, f. ίσω, perf. ἐξώρμικα, *erumpo*.
* 'Ἐξόροφος πύργος, *turris sex contignationum*. Vide ὀρόφος.
'Ἐξορπαξ, ακος, ὁ, Dor. pro ἐξόρπηξ, *ramus*. Th ὅρπηξ, idem.
'Ἐξόρυξις, εως, ἡ, *effossio*: ab
'Ἐξορύσσω, *effodio*, *perfodio*, f. ύξω, a. 1. ἐξώρυξα· a. 1. part. ἐξορύξας, αντος. Th. ὀρύσσω, vel -ττω, *fodio*. p. ὤρυχα, et Att. ὀρώρυχα.
* 'Ἐξορχέομαι, *celebro*.
'Ἐξόσδεις, Dor. pro ἐξόζεις, *oles*. Th. ὄζω, *oleo*, f. ὀζήσω.
'Ἐξοστρακίζω, fut. ισω, *in exilium mitto*, teftarum fuffragiis: ab ἐξ et ὀστρακίζω, idem. Th. ὄστρακον, *testa*.
'Ἐξοστρακισμὸς, ῦ, ὁ, *EXOSTRACISMUS*, *relegatio*, per teftarum fuffragia, *exilium*: à 1. perf. perf. paff. fuperioris verbi.
'Ἐξότε, et ἐξότου, pro ἐξ οὗ, *ex quo*, fcil. tempore.
'Ἐξουδενέω, -ῶ, idem cum ἐξουδενόω, q. v.
'Ἐξουδένησις, εως, ἡ, *contemptus*, et
'Ἐξουδενητὴς, ῦ, ὁ, *contemptor*: à perf. paff. verbi ἐξουδενέω.
'Ἐξουδενόω, -ῶ, *nihili facio*, *pro nihilo habeo*, f. ώσω, p. ἐξουδένωκα· perf. paff. ἐξουδένωμαι· a. 1. paff. ἐξουδενώθην· a. 1. fub. paff. ἐξουδενωθῶ· a. 1. part. paff. ἐξουδενωθεὶς, ένος· ab ἐξ et οὐδενόω, qu. ab οὐδεὶς, ενός. Th εἷς.
'Ἐξουδένωμα, ατος, τὸ, *despectio*.
'Ἐξουδένωσις, εως, ἡ, *contemptus*: à perf. paff. verbi ἐξουδενόω.
'Ἐξουθενέω, -ῶ, et ἐξουθενίζω, *nihili facio*, *aspernor*, f. ήσω, p. ἐξουθένηκα· a. 1. ἐξουθένησα, *sprevi*; a. 1. fub. act. ἐξουθενήσω, ης, η· perf. paff. ἐξουθένημαι· perf. part. ἐξουθενημένος, η, ον, *pro nihilo habitus*: ab ἐξ et οὐθεὶς, ενὸς, *nullus*, idem quod οὐδεὶς, qu. ex οὐδὲ et εἷς. οὐδεὶς, verò ex οὔτε, *neque*, (ubi τ, propter fe-

quentem aspiratam mutatur in θ) et εἷς, *unus*.

Ἐξουθένημα, ατος, τὸ, *abjectio*.

Ἐξουθενῶ, *sperno*: Dor. est pro ἐξουδενῶ. ab ἐξουθενέω, quod vide.

Ἐξουσία, ας, ἡ, *licentia, potestas, autoritas, dignitas*: est ejus sive facultas moralis: at δύναμις, vis activa, seu facultas naturalis; ἐξουσίαι, ῶν, αἱ, *potestates, magistratus*: ab ἔξεστι, *licet*.

Ἐξουσιάζω, *potestatem habeo, dominor, in potestate habeo*, cum gen.; sed cum dat. *potestatem do*: f. άσω, p. ἐξουσίακα, f. 1. pass. ἐξουσιασθήσομαι ab ἐξουσία, quod vide.

Ἐξουσιαστὴς, ῦ, ὁ, *dominus*: à perf. pass. superioris verbi.

Ἔξοχ', pro ἔξοχα, et Poët. ἐξέχως pro ἔξοχον, *eximiè, præter alia, excellentèr*, adv. ab ἐξέχω, *excello*. Th. ἔχω, *habeo*.

Ἐξοχὴ, ῆς, ἡ, *eminentia*: κατ' ἐξοχὴν, *per excellentiam, egregiè*; et

Ἔξοχον, et ἔξοχα, adv. *eximiè*: n. gen. ab

Ἔξοχος, ου, ὁ ἡ, *eminens, excellens*: ab ἐξέχω, *excello*. Th. ἔχω.

Ἐξοχώτατος, *excellentissimus*; superl. à superiori verbo.

Ἐξυλωμένος, η, ον, *ligno stratus*: apud LXXII. Th. ὕλη, *sylva*.

Ἐξυνῆκα, vel ξυνῆκα, ας, ε, a. 1. ind. Att. cum duplici augmento: à συνίημι, *intelligo*. Th. ἵημι, *mitto*; a. 1. ἧκα, Att. ἕηκα, et ξὺν pro σύν.

Ἐξυπνίζω, *è somno excito*; f. ίσω, p. ἐξύπνικα, a. 1. ἐξύπνισα, a. 1. sub. ἐξυπνίσω, ῃς, η. ab ἐξ et ὕπνος, *somnus*.

Ἔξυπνος, ου, ὁ ἡ, *expergefactus, qui evigilavit*: ab eod. Th.

Ἐξύρατο, 3. sing. a. 1. med. ἐξυράμην, -ῶ, -ατο, verbi ξυράω, *abrado*: quod à ξυρὸς, *acutus*. Th. ξέω, *rado*.

Ἐξύρημαι, *rasus sum*, perf. pass. verbi ξυράω, *abrado*: ab eod. Th.

Ἐξύρησαν, 3. pl a. 1. act. verbi ejusd. et ab eod. Th.

Ἐξυφαίνω, f. ανῶ, *texo, telam absolvo*: ab ἐξ et ὑφαίνω, idem ac Th. ὑφάω, *texo*.

Ἐξύφηνα, ας, ε, *texui*; ejusd. a. 1. ind. act.

Ἐξυψόω, f. ώσω, *sublimo*. Th. ὕψος, *altitudo*.

Ἔξω, adv. *foras, foris, extra*: ἔξω τῆς πόλεως, *extra civitatem*: ὁ ἔξω, scil. ὤν, *exterior*. Th. ἐκ vel ἐξ, *ex*.

Ἕξω, *habebo*; f. 1. act. verbi ἔχω, *habeo*.

Ἐξῴδηκα, perf. act. verbi ἐξοιδέω, *extumesco*. Th. οἰδέω vel οἰδάω, f. ήσω, *tumeo*.

Ἔξωθεν, adv. *extrinsecus, foris*: cum gen. ab ἔξω. Th. ἐκ vel ἐξ, *ex*.

Ἐξωθέω, -ῶ, *expello, extrudo*; *impello*, Act. xxvii. 39. f. ἐξώσω, p. ἐξῶκα, a. 1. ἐξῶσα, a. 1. inf. ἐξῶσαι. Th. ὠθέω, *pello*.

Ἐξῴκισα, *domo ejeci*, a. 1. ind. act. verbi ἐξοικίζω, f. ίσω, p. ἐξῴκικα. ab ἐξ et οἶκος.

Ἐξωλέκειν, εις, ει, plusq. p. act. verbi ἐξόλλυμι, *funditus perdo*. Th. ὄλλυμι, *perdo*; f. ὀλέσω, p. ὤλεκα, p. m. ὦλα, Att. ὀλώλα.

Ἐξώλης, εος, ὁ ἡ, *perditus, deploratus, perniciosus*: ab iisd.

Ἐξώλισθον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi ἐξολισθέω seu ἐξολισθαίνω, *illabor, incido*: ab ἐξ et ὄλισθος, *lapsus*. Hinc ὀλισθέω, *laboro*.

Ἐξωλόθρευσα, ας, ε, a. 1. act. ab ἐξολοθρεύω, *funditùs perdo*: quod adi.

Ἐξωμοιωμένος, η, ον, *assimilatus*; part. ab ἐξωμοίωμαι, præt. ind. pass. verbi ἐξομοιόω.

Ἔξωμος, ου, ὁ ἡ, *abjuratus, expeditus*.

Ἐξώπιος, ου, ὁ ἡ, *extra conspectum positus*: ab ὤψ, *oculus* vel *aspectus*. Th. ὄπτομαι.

Ἐξώπλισε, *instruxit*, 3. sing. a. 1. ind. act. ab ἐξοπλίζω, *armo*: ab ἐξ et ὁπλίζω, idem. Th. ὅπλον, *arma*.

Ἐξώργισμαι, perf. pass. *iratus* vel *irata sum*: ab ἐξ et ὀργίζω, *irascor*. Th. ὀργή.

Ἐξώρκιζον, imperf. act. ab ἐξορκίζω, idem quod ὁρκίζω, *jurejurando obstringo*. Th. ὅρκος, *jusjurandum*.

Ἐξωρμήθην, a. 1. ind. pass. ab ἐξορμάομαι, *cum impetu feror, erumpo*: ab ἐξ et ὁρμή, *impetus*.

Ἔξωρος, ου, ὁ ἡ, *intempestivus, exoletus*. Th. ὥρα, *tempus, vigor ætatis*.

Ἐξώρετο, *exiluit*, 3. sing. plusq. p. pass. ἐξωρόμην, ου verbi ἐξόρω, *excito*. Th. ὄρω, idem, f. ρῶ et ὄρσω, ὦρκα.

Ἐξῶσαι, *expellere*, a. 1. inf. pass. Act. xxvii. 30. ἔξωσον, άτω, a. 1. imperat. ἐξώσας, αντος, a. 1. part. verbi ἐξωθέω. Th. ὠθέω, *pello*; fut. ὤσω, a. 1. ὦσα.

Ἔξωσμα, ατος, τὸ, *expulsio*: ab eod.

Ἐξώστης, ου, ὁ, *expulsor violentus*: quod ab ἐξωθέω, quod vide.

Ἐξωστρακισμένος, ου, *per Ostracismum ex aliquo loco pulsus*; perf. part. pass. verbi ἐξοστρακίζω. Vide in ὄστρακον, *testa*.

Ἐξώτατος, η, ον, *extimus*: undè

Ἐξωτάτω, adv. *extimè*: utrumque cum

Ἐξωτερικὸς, η, ον, *externus, trivialis*.

Ἐξώτερος, α, ον, *exterior, extimus*: ab ἔξω, *foras*.

Ἐξωτέρω, adv. *exterius*; et

Ἐξωτικὸς, η, ον, *EXOTICUS, peregrinus*: ab eod. Th. Hinc Angl. EXOTIC.

Ἐξῴχοντο, 3. pl. imperf. verbi ἐξοίχομαι, *exeo*. Th. οἴχομαι, φω; fut. οἰχήσομαι, præt. ᾤχημαι.

Ἔξωχρος, *valdè pallidus*. Th. ὠχρὸς, *pallidus*.

Ἕο, pro οὗ, *sui*: aliq. αὐτοῦ, Pronom: à quo

Ἑοῖ, Poët. pro οἷ, seu αὐτῷ, *ipsi*.

Ἔοι, *sit*, 3. sing. præs. opt. ab ἔιμι, ἔοις, Poët. pro εἴην, ης, η, tanq. ab ἔω, verbi εἰμί.

Ἐείγμεν, *videbamur*: per Sync. pro ἐοίκαμεν, 1. pl. p. m. Att. ab

Ἔοικα, ας, ε, *assimilatus sum, visus sum*; præt. med. Attic. pro εἶκα. ab εἴκω, *similis sum*: undè

Ἔοικε, *decet*, p. m. Att. pro εἶκε, et.

Ἐοίκεσαν, *similes facti erant*: Att. pro ἐοίκεισαν, 3. pl. plusq. perf. med. verbi εἴκω, *similis sum*.

Ἐοικότα, *similem*; acc. sing. et

Ἐοικότες, *similes*; nom. pl. ab ἐοικὼς, q. v.

Ἐοικότως, *eodem modo*, adv. ab

Ἐοικὼς, ότος, *similis*; perf. part. m. ab ἔοικα. Th. εἴκω, *similis sum*.

Ἕοιμι, *immitterem*: Poët. pro ἱείην, præs. opt. act. verbi ἵημι, *mitto*: quasi ab ἕω.

Ἑοῖο, gen. Ion. pro ἑοῦ. ab ἑὸς, *suus*: Poët. pro ὅς.

Ἑοῖς et ἑοῖσι, *suis*; dat. plur. ab ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, Poët. pro ὅς, ἥ, ὅν, *SUUS, a, um*. Sed ἑοῖς vide in ἑοῖ.

Ἐοῦσα, Dor. pro οὖσα, præs. part. f. g. ab εἰμὶ, *sum*.

Ἔολπα, *speravi*; præt. m. Att. pro ἔλπα, Att. seu Ion. verbi ἔλπω. Th. ἐλπὶς, *spes*.

Ἔον, *eram*; imperf. Poët. pro ἦν. Alii volunt esse a. 2. Poët. pro ἦον, verbi εἰμί.

Ἐὸν, ἐόντος, præs. part. Ion. n. g. pro ὄν. Sic ἐὼν pro ὤν. ἐόντος pro ὄντος, ἐόντι, et in plur. ἐόντες. et

Ἐόντ', pro ἐόντα, acc. sing. part. præs. pro ὄντα, Poët. ab ὤν. et

Ἐόντε, dual. num. ἐόντες, pl. præs. part. Ion. pro ὄντε et ὄντες. ab εἰμί.

Ἔοργα, *feci*; præt. m. Att. ἐώργειν, plusq. perf. med. verbi ῥέζω, f. ῥέξω, et per Metath. ἔρξω, tanq. ab ἔργω, præt. m. ἔῤῥογα et ἔεργα, et per Metath. ἔοργα. Hinc ἐοργὼς, part. præt. med.

Ἔοργαν, *fecerunt*, 3. pl. p. m. pro ἐόργασι. Atticè enim 3. pl. in σι, tam in perf. act. quam med. mutatur Chalcidicè et Bœoticè in ν, ut τέτυφαν pro τετύφασι. Vide in ἔοργα.

Ἐόργει, Ion. et Poët. pro ἐώργει. 3. sing. plusq. p. m. ab eod.

Ἐόργη, ης, ἡ, *tudicula*, *cochleare*: ab ὀργάω, *appeto impatientèr*.

Ἑορτάζω, f. άσω, *festum celebro*: et

Ἑορτάσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, *solennis*, *festus*; unà cum

Ἑορταστικὸς, *festus*: ab

ἙΟΡΤΗ, ῆς, ἡ, *festum*.

Ἐὸς, ἐὴ, ἐὸν, Poët. pro τεὸς, τεὰ, τεὸν, communitèr σὸς, σὴ, σὸν. *tuus*, *a*, *um*.

Ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, Poët. pro ὃς, ἣ, ὃ, *suus*, *a*, *um*.

Ἐοῦσα pro οὖσα, et ἐὼν pro ὤν, præs. part. Ion. ab εἰμὶ, *sum*: ἐοῦσι pro οὖσι, dat. pl.

Ἐπ pro ἐπὶ, *in*, &c. quod vide.

Ἐπάβολος, ὁ, *compos*, Dor. pro ἐπήβολος, quod vide: ab ἐπιβάλλω, α pro ι, Poëticâ licentiâ.

Ἐπαγαγεῖν, a. 2. inf. act. et

Ἐπάγαγες, Dor. pro ἐπήγαγες, *adduxisti*; a. 2. ind. act. verbi ἐπάγω, *induco*; per Att. reduplicat. Th. ἄγω.

Ἐπαγάλλεο, *exulta*, præs. imperat. pass. Ion. pro ἐπαγάλλου ex ἐπὶ et ἀγάλλομαι, *ornor*, *glorior*. Th. ἀγάλλω, *orno*.

Ἐπαγάλλομαι, *exulto*, *efferor*: ab eod.

Ἐπάγαμαι, *admiror*, *affecto*: ex ἐπὶ et ἄγαμαι, *admiror*: ab inusitat. ἀγάω, idem.

Ἐπαγανακτέω, *indignor*: ex ἐπὶ et ἀγανακτέω, idem.

Ἐπαγγειλάμενος, a. 1. part. m. quod cum

Ἐπαγγελία, ας, ἡ, *promissio*, et

Ἐπαγγελλέεται, 3. sing. præs. ind. pass. et

Ἐπαγγελλόμενος, η, ον, præs. part. pass. ab ἐπαγγέλλομαι, *denuntior*: simul cum

Ἐπαγγέλλοντι, *promittunt*, Dor. pro ἐπαγγέλλουσι ab

Ἐπαγγέλλω, *indico*, *denuntio*; f. ἐπαγγελῶ, p. ἐπήγγελκα, a. 1. ἐπήγγειλα, præs. m. ἐπαγγέλλομαι, *polliceor*, *profiteor*, *spondeo*; præt. pass. ἐπήγγελμαι, *promisi*; a. 1. m. ἐπηγγειλάμην, ω, ατο. ab ἐπὶ et ἀγγέλλω, *nuntio*; f. λῶ, p. ἤγγελκα.

Ἐπάγγελμα, ατος, τὸ, *promissum*; ab ἐπήγγελμαι, perf. pass. verbi ἐπαγγέλλω.

Ἐπάγειν, *inducere*, præs. inf. act. verbi ἐπάγω.

Ἐπαγείρω, *congrego*: quod ex ἐπὶ et ἀγείρω, idem; f. ἀγερῶ, p. ἤγερκα, Att. ἀγήγερκα, a. 1. ἤγειρα.

Ἐπάγερσις, εως, ἡ, *collectio*: à præcedenti.

Ἐπάγεσθαι, *induci*, inf. pass. verbi ἐπάγω.

Ἐπάγην, *concretus sum*, a. 2. pass. ab a. 2. act. ἔπαγον, *fixi*; verbi πήγνυμι, seu πηγνύω, *compingo*; fut. πήξω, f. 2. παγῶ.

Ἐπαγινέειν, *adducere*, Ion. et Poët. pro ἐπάγειν.

Ἐπαγλαϊεῖ, Att. dictum. pro ἐπαγλαΐσει, 3. sing. f. 1. ind. act. verbi ἀγλαΐζω, *illustro*. Th. ἀγλαὸς, *splendidus*.

Ἐπαγλαΐζειν, Ion. *illustrare*, *celebrare*: ab eod. verbo et Th.

Ἐπαγλαΐζομαι, *exulto ob aliquid*: ab eodem quod super.

Ἐπαγμένος, præs. part. m. *alliciens*; Ion. pro ἐπηγμένος, vel pro ἐπαγόμενος. ab ἐπάγω.

Ἐπάγομαι, *adduco*, *allicio*, item *cito auctorem*: ab ἐπάγω, *adduco*. Th. ἄγω, *duco*.

Ἔπαγον, vide in ἐπάγην.

Ἐπαγορεύειν, *dictis adjicere*: ab ἀγορεύω, *orationem habeo*. Th. ἀγορὰ, *forum*.

Ἐπαγριὸς, ὁ ϗ ἡ, *agrestis*, *ferox*: ex ἐπὶ et ἄγριος, *agrestis*. Th. ἀγρὸς, *ager*.

Ἐπαγριόω, *agrestè reddo*, *effero*: ab eod.

Ἐπαγρυπνέω, -ῶ, f. ήσω, p. ηκα, *invigilo*: ab ἐπὶ et ὑπνέω, *dormio*; per Pleonasm. literar. γρ. Th. ὕπνος, *somnus*.

Ἐπάγω, *adduco*, *induco*; fut. ἐπάξω, perf. ἐπῆχα, a. 1. ἐπῆξα, a. 1. part. ἐπάξας, αντος, a. 2. ἐπῆγον Att. ἐπήγαγον. Hinc a. 2. inf. ἐπαγαγεῖν. Ex ἐπὶ et ἄγω, *duco*, quod vide.

Ἐπαγωγὴ, ης, ἡ, *ingressus*, *inductio*, *subvectio*, et

Ἐπαγωγὸς, η, ὸν, *blandus*, *ad persuadendum aptus*; et indè superlat.

Ἐπαγωγότατα, *quæ maximam vim habent suadendi*: ab ἐπάγω, *induco*. Th. ἄγω.

Ἐπαγωνίζομαι, *decerto*: f. ίσομαι, p. ἐπηγώνισμαι. ex ἐπὶ et ἀγὼν, *certamen*.

Ἐπάδω, f. άσω, *accino*, *incanto*: ex ἐπὶ et ᾄδω, contract. ex ἀείδω, *cano*.

Ἐπαείδειν, Poët. pro ἐπᾴδειν, *accinere*: ex eod.

Ἐπαείρας, *elevans*, a. 1. part. act. verbi ἐπαείρω, *attollo*, *incito*. Th. ἀείρω, *tollo*; f. ἀερῶ.

Ἐπαείροντι, *extollunt*, Dor. pro ἐπαείρουσι, 3. pl. præs. ind. act. ex iisdem.

Ἐπαείρω, *solicito*, *erigo*; ex ἐπὶ et ἀείρω, *tollo*.

Ἔπαθον, *passus sum*, a. 2. ind. act. verbi πάσχω, *patior*; f. πείσομαι, a. 2. inf. παθεῖν, p. m. πέπονθα.

* Ἔπαθλον, ου, τὸ, *præmium certaminis*.

Ἐπαθροίζω, *congrego*; f. ίσω, p. ἐπήθροικα, præs. pass. ἐπαθροίζομαι. ex ἐπὶ et ἀθροίζω, *cogo*. Th. ἀθρόος, *confertus*.

Ἐπαϊάζω, *illacrymor*: ex ἐπὶ et αἰάζω.

Ἐπαΐγδην, adv. *cum impetu*, *impetuosè*; item *in superficie*, *léviter*. Th. ἀΐσσω.

Ἐπαιγίζω, *irruo*, *impetuosè spiro*: ab ἐπὶ et αἰγὶς, ἡ, *procella*, quod ab ἀΐσσω, *irruo*.

Ἐπαιδέομαι, *erubesco*. Th. αἰδῶς; undè et

Ἐπαιδεσθεὶς, *reveritus*: part. a. 1. præced. verbi Th. αἰδῶς, όος, οῦς, ἡ, *pudor*.

Ἐπαιδεύθην, ης, η, a. 1. ind. pass. à παιδεύομαι, *erudior*, *castigor*. Th. παῖς, παιδὸς, ὁ, *puer*.

Ἐπαΐειν, *audire*, *percipere*. Th. ἀΐω, *audio*

Ἐπαίκλια et ἐπαίκνια, ων, τὰ, *quæ post cœnam apponuntur*, *bellaria*: ab ἐπὶ, *post*, et αἶκλον, vel αἶκνον, *cibus*, *cœna*. Th. αἶκλος, *vespertinus*.

Ἐπαινεῖ, 3. sing. præs. ind. act. ab ἐπαινέω, *laudo*: quod vide.

Ἐπαινέοντι, *laudant*, Dor. pro ἐπαινοῦσι, 3. pl. præs. ind. act. ab eod. ut et

Ἐπαινέσαι, a. 1. inf. act. et

Ἐπαινέσειε, 3. sing. a. 1. opt act. Æol. pro ἐπαινέσαι. et

Ἐπαινέσσειε, *probaverit*, a. 1. opt. act. Æol. pro præced. et

Ἐπαινέσσω, ῃς, ῃ, a. 1. sub. act. Poët. gem. σ, omnia ab ἐπαινέω, *laudo*, f. έσω, quod vide.

Ἐπαινετέος, *laudandus*, adject. verb. et

Ἐπαινέτης, ου, ὁ, *laudator*, et

Ἐπαινετὸς, η, ον, *laudabilis*, et

Ἐπαίνετος, ου, ὁ, nomen viri Gr. quod interpretatur *laudabilis*: omnia ab

Ἐπαινέω, -ῶ, *laudo*; f. έσω, et Poët. ήσω, p. ἐπῄνεκα, et ηκα, a. 1. ἐπῄνεσα, a. 1. imperat. act. ἐπαίνεσον, έσω, idem. Th. αἶνος, *laus*.

Ἐπαινὴ, *dura*: ab ἐπὶ et αἰνὸς, η, ον, *gravis*, *horrendus*.

Ἐπαινήσαις, Æol. pro ἐπαινήσας, a. 1. part. act. et

'Επαινέσῃ, *laudaverit*, 3. sing. a. 1. sub. act. et
'Επαινῆται, pro ἐπαινέηται, *laudatur*, 3. sing. præs. sub. pass. ab ἐπαινέω, quod vide.
"Επαινος, ου, ὁ, *laus:* ex ἐπὶ et αἶνος, *laus.*
'Επαινοῦμεν pro ἐπαινέομεν, *laudamus*, 1. pl. ἐπαινοῦσι pro ἐπαινέουσι, 3. pl. præs. ind. act. et
'Επαινούμενος pro -εόμενος, *laudatus*, præs. part. pass. ab ἐπαινέω, *laudo*, q. v.
'Επαῖξαι, *irruere*, a. 1. inf. act. et
'Επαΐξας, *irruens*, a. 1. part. act. ab ἐπὶ et αἴσσω, *ruo;* f. ξω.
'Επαίρομαι, *attollo*, et
'Επαίρω, *attollo, erigo: exigo*, περισσὰ ἐπαίρειν, *plusquam opportebat exigere;* ex ἐπὶ et αἴρω, *tollo;* f. ἀρῶ, p. ἦρκα, a. 1. ἦρα, a. 1. part. ἄρας, αντος.
"Επαισε, *percussit*, 3. sing. a. 1. ind. act. à παίω, *percutio;* f. ίσω.
'Επαισθάνομαι, *sentio*, et
'Επαίσθημα, *sensus:* ab αἰσθάνομαι, *sentio.*
'Επαΐσσομαι, *irruo*, et
'Επαΐσσοντα, *irruentem*, acc. sing. part. præs. act. ab
'Επαΐσσω, *irruo*, cum. dat. aliquando *occurro*, et cum gen. item *insequor, impero, percutio, invado;* cum acc. aliquando *insurgo:* ex ἐπὶ et αἴσσω, *ruo.*
'Επάϊστος, ου, ὁ ἡ ἡ, *cujus facinora innotuerunt.* Vide ἄϊστος.
'Επαισχυνθήσομαι, *erubesciam;* f. 1. pass. ab
'Επαισχύνομαι, *pudet me, erubesco*, cum. acc. a. 1. pass. ἐπῃσχύνθην. Th. αἶσχος, εος, τὸ.
'Επαιτέω, *mendico:* f. ήσω, p. ἐπήτηκα. Th. αἰτέω, *peto.*
'Επαίτης, ου, ὁ, *mendicus;* à præced.
'Επαιτιάομαι, *conqueror, &c.* v. αἰτιάομαι.
"Επαίτιος, ου, ὁ ἡ ἡ, *qui* vel *quæ est in culpâ.* Th. αἰτία, *culpa.*
'Επαίχθη, *lusus est*, 3. sing. a. 1. ind. pass. verbi παίζω, *ludo;* f. ξω, et σω.
'Επαΐω, *exaudio:* ab ἀΐω, *audio.*
'Επαιωρέω, *elevo, suspendo*, et
'Επαιωροῦμαι, pro -έομαι, *efferor*, et
'Επαιωρούμενος, pro -εόμενος, ου, *erectus:* ab αἰωρέω, *elevo.*
'Επακήκοα, ας, ε, perf. m. vide in ἐπακούω.
'Επακμάζω, *vigeo:* ex ἐπὶ et ἀκμάζω, *vigeo.* Th. ἀκμὴ, *flos ætatis.*
'Επακολουθέω, *subsequor;* f. ήσω, p. ἐπηκολούθηκα, a. 1. act. ἐπηκολούθησα, a. 1. sub. ἐπακολουθήσω. Ex ἐπὶ et ἀκόλυθος, ου, ὁ ἡ ἡ.
'Επακολούθησις, εως, ἡ, *consequentia:* à perf. pass. præced. verbi.
'Επάκοος, ου, ὁ ἡ ἡ, Dor. pro ἐπήκοος, *auditor.* Th. ἀκούω, *audio.*
'Επάκουε, *animum adjice*, præs. imperat. act. et
'Επακοῦσαι, a. 1. inf. act. ab ἐπακούω.
'Επάκουστος, ου, ὁ ἡ ἡ, *qui auditur, auscultabilis:* ab
'Επακούω, *exaudio, obtempero;* f. ύσω, p. ἐπήκουκα, a. 1. ἐπήκουσα. Hinc a. 1. sub. ἐπακούσω, ῃς, ῃ, perf. pass. ἐπήκουσμαι, p. m. ἐπήκοα, et Att. ἐπακήκοα. Th. ἀκούω, *audio.*
* 'Επακριβῶμαι, pro- όομαι, *accuratè et diligenter curo:* f. ώσομαι. Ex ἐπὶ et ἀκριβόω.
'Επακροάομαι, ωμαι, *exaudio:* imperf. ἐπηκροώμην, ώμην, &c. Ex ἐπὶ et ἀκροάομαι, *audio:* f. άσομαι,
'Επακρόασις, εως, ἡ, *auscultatio:* à superiori.
'Επακτὴρ, ῆρος, ὁ, *venator*, et
'Επακτικὸς, η, ον, *illex, advena:* ab ἐπάγω.
'Επακτικὸς, ῦ, ὁ ἡ ἡ, *littoralis:* ab ἀκτὴ, *littus.*
'Επακτὸς, η, ον, *adscititius, peregrinus;* ἐπακτὸς ὄμβρος, *impetuosus imber:* ab ἐπάγω. Th. ἄγω, *impello.*
'Επακτρεὺς, *venator*, qui canes in feras ἐπάγει, *impellit*, et
'Επακτρὶς, ίδος, ἡ, *navigiolum* et
"Επακτρον, ου, τὸ, *navigium piscatorium:* ab ἐπάγω, *impello.*
'Επάλαιεν, *luctabatur*, 3. sing. imperf. act. verbi παλαίω, *luctor*, q. v.
'Επαλαλάζω, f. άξω, p. αχα, *acclamo lætus:* ex ἐπὶ, et ἀλαλάζω, *acclamo.* Th. ἀλαλὴ.
'Επαλάομαι, *pervagor:* ab ἀλάομαι, *vagor.*
'Επαλαστέω, *graviter afficior ob mala:* ex ἐπὶ et ἀλαστέω, idem: quod ab ἄλαστος, Dor. pro ἄληστος, *cujus oblivisci non possumus.* Th. λήθω, *lateo.*
'Επαλαστήσασα, *miserata*, ejusd. a. 1. part. act. fœm. gen.
'Επαλείφω, *superillino:* ab ἀλείφω, *ungo.*
'Επαλεξήσουσα, *auxiliatura*, f. 1. part. act. f. gen. ex ἐπὶ et ἀλέξω, vel ἀλεξέω, *arceo.*
'Επαλλαγὴ, ῆς, ἡ, *permutatio*, et
'Επαλλάττω, f. ξω, *permuto:* ab ἀλλάσσω, vel -ττω, *muto;* f. ξω.
'Επάλλετο, 3. sing. imperf. pass. à πάλλω, *vibro, agito:* Alii poni volunt pro ἐφήλλετο, imperf. ab ἐφάλλομαι, *insilio.*
'Επάλληλος, ου, ὁ ἡ ἡ, *alternus:* ex ἐπὶ et ἀλλήλων, *mutuo:* quod ab ἄλλος, *alius.*
'Επάλμενος, *insiliens*, per Sync. pro ἐφαλλόμενος, Æol. mutato etiam spiritu aspero in tenuem: ab ἐφάλλομαι, q. v.
"Επαλξις, εως, ἡ, *propugnaculum muri:* ex ἐπὶ, et ἀλκὴ, *robur.*
"Επαλπνος, ου, apud *Pindarum* hoc vocabulum tantum reperitur: et dici puto *de vento secundo nautisque grato*, q. per Sync. pro ἐπίθαλπνος: ex ἐπὶ et θάλπνος, *splendidus*, et per Metaph, *lucis instar gratus:* à θάλπω, *calefacio, foveo.*
"Επαλτο, *insiliebat*, imperf. Æol. pro ἐφάλλετο, vel plusq. p. pass. pro ἐφῆλτο ab ἐφάλλομαι vide ἐπάλμενος.
'Επαμᾶν, pro ἐπαμαῖν, et ἐπαμάσθαι, pro ἐπαμαίεσθαι, *accumulare:* præs. inf. act. ab ἀμάω.
'Επαμείβω, vel ἐπαμείβομαι, *permuto, alterno;* f. ψομαι. ab ἐπὶ et ἀμείβω, *muto*, f. ψω, p. ἤμειφα.
'Επαμεινώνδας, ου, ὁ, *EPAMINONDAS*, Thebanorum dux.
'Επάμειπτο, *responderat*, Ion. pro ἐπήμειπτο, 3. sing. plusq. p. pass. verbi ἐπαμείβω.
'Επάμερος, ου, ὁ ἡ ἡ, Poët. Æol. ac Ion. pro ἐφήμερος, *unius diei, qui durat unum diem:* ab ἐπὶ et ἡμέρα, *dies.*
'Επαμησάμενος, *obrutus*, a. 1. part. m. verbi ἐπαμάω, *coacervo:* quod ex ἐπὶ et ἀμάω.
'Επαμοιβαδὶς, vel ἐπαμοιβαδὸν, adv. *vicissim:* ab ἐπαμείβω, *alterno.*
'Επαμοιβὸς, η, ον, *alternus*, ab eod. Th.
'Επαμύνω, f. νῶ, *auxilior.* Vide
'Επαμῦναι, *propugnare*, a. 1. inf. act. ἐπάμυνον, άτω, a. 1. imperat. verbi ἐπαμύνω, *defendo.* Th. ἀμύνω, *auxilior.*
'Επαμφοτερίζω, f. ίσω, *in utramque partem vergo, in ancipiti sum, oratione ambiguâ utor.* ex ἀμφότερος, *uterque.* Th. ἄμφω, *ambo.*
'Επὰν, *postquam:* Conj. ex ἐπὶ et ἂν, v. ἐὰν.
'Επαναβαίνω, *ascendo super;* ab ἐπὶ, ἀνὰ, et βαίνω, *eo.*
'Επαναβάλλεσθαι, *differre*, præs. inf. m. Vide ἀναβάλλω.
'Επαναβληδὸν, adv. quasi *injectim, injiciendo.* Th. βάλλω.
'Επαναβοάω, f. ήσω, *acclamo:* ex ἐπὶ, ἀνὰ, et βοάω, *clamo.*
'Επαναγαγεῖν, a. 2. inf. act. ab ἐπανάγω, q. v.
'Επαναγινώσκω, *relego, is:* ex ἐπὶ

et ἀναγινώσκω, *lego*. Th. γινώσκω, *cognosco*.

Ἐπαναγκάζω, f. άσω, *urgeo, compello*: ex ἀναγκάζω, *cogo*. Th. ἀνάγκη, *necessitas*.

Ἐπάναγκες, adv. *necessè, necessariò*; τὰ ἐπάναγκες, scil. ὄντα, *necessaria*, Act. xv. 28. Th. ἀνάγκη, *necessitas*.

Ἐπανάγω, *redeo, commoveo*, fut. άξω a. 2. ἐπανήγαγον a. 2. imperat. act. ἐπανάγαγε, *provehe*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ἄγω, *duco*.

Ἐπαναδίπλωσις, εως, ἡ, *repetitio verbi*: ex ἐπὶ et ἀναδίπλωσις, *reduplicatio*. Th. διπλόος, -ῦς.

* Ἐπαναζεύγνυμι, f. ξω, *reverto*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ζεύγνυμι.

Ἐπαναιρέομαι, *suscipio*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et αἱρέω, *capio*.

Ἐπαναίρεσις, εως, ἡ, *occisio, interitus*: ab ἀναιρέω, *occido*. Vide præced.

Ἐπαναίρω, f. αρῶ, *elevo*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et αἴρω, *tollo*.

Ἐπανάκειμαι, *repositus sum*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et κεῖμαι, *jaceo*.

Ἐπανάκλησις, εως, ἡ, *revocatio, restitutio*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et καλέω, *voco*.

Ἐπαναλαμβάνω, *repeto, apprehendo*. Th. λαμβάνω, *capio*.

Ἐπανάληψις, εως, ἡ, *repetitio*: à superiori verbo.

Ἐπαναλογεῖν, præs. inf. act. *altiùs repetendo aperire*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et λέγω, *dico*.

Ἐπαναμένω, *exspecto*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et μένω.

Ἐπαναμιμνήσκω, *commonefacio*, cum acc. f. ήσω, p. ἐπαναμέμνηκα· ex ἐπὶ, ἀνὰ, et μιμνήσκω, *in memoriam revoco*. Th. μνάομαι, *recordor*, f. μνήσομαι, p. μέμνημαι.

Ἐπανανεόω, *renovo*, f. ώσω, perf. ωκα· ex ἐπὶ, ἀνὰ, et νεόω, idem. Th. νέος, *novus*.

Ἐπαναπαύομαι, *acquiesco*, cum dat. f. αύσομαι, p. ἐπαναπέπαυμαι a. 1. med. ἐπανεπαυσάμην, ω, ατο ab ἐπὶ, ἀνὰ, et παύω, *cesso*; a. 2. ἐπάην.

Ἐπαναπλεῖν, *crebrò navigare*, præs. inf. act. Th. πλέω.

Ἐπανάστασις, εως, ἡ, *rebellio*: ex ἐπὶ, ἀνὰ et στάσις. Th. ἵστημι, *sto*.

Ἐπαναστίλλω, *cohibeo*. Th. στίλλω, *inhibeo*.

Ἐπανάστημα, ατος, τὸ, *prominentia*, et

Ἐπαναστήσομαι, fut. 1. med. ab ἐπανίσταμαι, *insurgo*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ἵστημι, *sto*.

Ἐπαναστρέφω, *revertor*: ab ἐπὶ, ἀνὰ, et στρέφω.

Ἐπαναστροφή, ῆς, ἡ, *reversio, reflexio*: à præced. p. m.

Ἐπανατίθεσθαι, præs. inf. pass. ab ἐπανατίθημι, *insuper impono, acceptum fero*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et τίθημι, *pono*.

* Ἐπανατρέπω, *subverto*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et τρέπω.

Ἐπανατρυγάομαι, *post vindemiam quæ supersunt colligo*; ex ἐπὶ, ἀνὰ, et τρυγάω, *vindemio*. Th. τρύγη, *vindemia*.

Ἐπαναφέρω, *repeto, crimen in alium rejicio*, et

Ἐπαναφορὰ, ᾶς, ἡ, *repetitio*: à φέρω, *fero*.

Ἐπανεθήσομαι, fut. 1. ind. pass. verbi ἐπανίημι, *redeo, remitto*. Th. ἵημι, *mitto*.

Ἐπάνειμι, *redeo*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et εἶμι· ab ἴω.

Ἐπανέρεσθαι, *denuò interrogare*: ab ἔρομαι, *interrogo*. Th. ἔρω, *necto, interrogo*.

Ἐπανεὶς, *qui dimisit*, a. 2. part. act. ab ἐπάνην, a. 2. ind. verbi ἐπανίημι, qu. ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ἵημι.

Ἐπανελθεῖν, a. 2. inf. act. et

Ἐπανελθὼν, in f. g. ἐπανελθοῦσα, a. 2. part. act. ab

Ἐπανέρχομαι, *redeo, accedo*, f. ἐπανελεύσομαι a. 2. ἐπανῆλθον, qu. ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ἔρχομαι, *venio*.

Ἐπανερωτάω, *interrogo*, f. ήσω· ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ἐρωτάω, *rogo*.

Ἐπανερωτήσει, ejusd. 3. sing. f. 1. ind. act.

Ἐπανέχω, *antecello, innitor*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ἔχω, *habeo*, f. ἕξω, et σχήσω a. 2. ἔσχον.

Ἐπανήκω, *redeo*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ἥκω, f. ξω.

Ἐπανήρετο, *percunctabatur*, 3. sing. imperf. verbi ἐπανέρομαι, quod ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ἔρομαι, *interrogo*. Th. ἔρω, *dico*.

Ἐπανθέω, *superfloreo*, f. ήσω, perf. ἐπήνθηκα· p. med. ἔπηνθα, et per Epenth. τοῦ ο, ἐπήνοθα, et redupl. Att. ἐπενήνοθα· ex ἐπὶ et ἀνθέω, *floreo*. Th. ἄνθος, εος, τὸ, *flos*.

Ἐπανιᾶσι, *remittunt*, 3. pl. præs. ind. Att. ab

Ἐπανίημι, *remitto*: ab ἐπὶ, ἀνὰ, et ἵημι, *mitto*, in 3. pl. ἱεῖσι, Ion. ἱᾶσι, et per Crasin. Att ἰᾶσι.

Ἐπανισταίατο, Ion. pro ἐπανισταῖντο, *insurrexerunt*, 3. plur. præs. opt. pass. ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ἵσταμαι, vel scribendum ἐπανιστέατο, 3. pl. imperf. ind. pro ἐπανίσταντο. Th. ἵστημι.

Ἐπανίσταμαι, *insurgo*: ab eod.

Ἐπανιστέαται, Ion. pro ἐπανίστανται, 3. pl. præs. pass. ab

Ἐπανίστημι, *insurgo*, f. ἐπαναστήσω, p. ἐπανέστηκα· f. 1. m. ἐπαναστήσομαι. Th. ἵστημι.

Ἐπανιτέον, *redeundum*, adv. theticum, ab ἐπάνειμι, *redeo*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et εἶμι, *eo*.

Ἐπανιὼν, *regressus*, a. 2. part. ab eod.

Ἐπάνοδος, ου, ἡ, *reditus*: ex ἐπὶ et ἄνοδος, ἡ, *ascensus*. Th. ὁδὸς, *via*.

Ἐπανορθούμενος, præs. part. pass. et

Ἐπανορθοῦσθαι, præs. infin. pass. ab

Ἐπανορθόω, -ῶ, *corrigo*: ex ἐπὶ, ἀνὰ, et ὀρθὸς.

Ἐπανόρθωμα, ατος, τὸ, et

Ἐπανόρθωσις, εως, ἡ, *correctio*, et

Ἐπανορθωτέος, α, ον, *corrigendus*, et

Ἐπανορθωτὴς, ου, ὁ, *corrector*: à p. pass. verbi ἐπανορθόω, *corrigo*.

Ἐπαντάω, *occurro*, fut. ήσω, perf. ἐπήντηκα· a. 1. ἐπήντησα· ex ἐπὶ et ἀντάω, *occurro*. Th. ἀντὶ, *contra*.

Ἐπαντέλλουσα, *oriens*, præs. part. f. g. ab

Ἐπαντέλλω, per Sync. pro ἐπανατέλλω, *exorior; oriri facio, sublevo*, Eur. Phœn. 105. ex ἐπὶ, ἀνὰ, et τέλλω, *orior*.

Ἐπάντησις, εως, ἡ, *occursus*: ab ἀντὶ.

Ἐπάνω, *supra*, adv. cum gen. ex ἐπὶ et ἄνω.

Ἐπάξας, αντος, a. 1. part. act. et

Ἐπάξειν, f. 1. inf. act. ab ἐπάγω, *induco*, f. άξω, p. ἐπῆχα. Th. ἄγω, *duco*.

Ἔπαξε, Dor. pro ἔπηξε, *fixisset*, 3. sing. a. 1. ind. act. à πήγνυμι, *figo*, f. ξω.

Ἐπάξιος, ου, ὁ ϗ ἡ, *dignus*, Poët. pro ἀντάξιος, *æquiparandus*: ex ἐπὶ et ἄξιος, idem.

Ἐπαξόνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, *qui circum axem volvitur*, Epith. currûs. Th. ἄξων, ονος, ὁ, *axis*.

Ἐπάξω, Dor. pro ἐπήξω, *compegisti*, 2. sing. aor. 1. med. verbi πήγνυμι, *compingo*, f. πήξω.

Ἐπαοιδὴ, ῆς, ἡ, Ion. pro ἐπῳδὴ, *incantatio*, et

Ἐπαοιδὸς, ου, ὁ, Ion. pro ἐπῳδὸς, *incantator*. Th. ἀείδω, *cano*.

Ἔπαον, *sedavi*, a. 2. indic. act. hinc in aor. 2. pass. ἐπάην, verbi παύω, *cesso*, f. παύσω, p. πέπαυκα.

* Ἐπαπαλαύω, ταῖς ἡδοναῖς, consumo ætatem voluptatibus.

Ἐπαπειλέω, *minor, -aris*, fut. ήσω, perf. ηκα· ex ἐπὶ et ἀπειλέω, idem.

Ἐπαποδύομαι, *suscipio*: ex ἐπὶ et ἀποδύομαι, idem. Th. δύνω, vel δύω, *subeo*.

Ἐπαπόρημα, ατος, τὸ, *quæstio*, qu. et

Ἐπαπορῶμεν, pro -έωμεν, 1. plur. præs. sub. act. ab ἐπαπορέω, *addubito*: quod ex ἐπὶ et ἀπορέω, hæ

ex α priv. et πείρω, *transeo*; p. m. πέπορα.

Ἐπαποστέλλω, *insuper mitto*: ex ἐπὶ, ἀπὸ, et στέλλω, *mitto*.

Ἐπάπτηνα, a. 1. ind. act. verbi παπταίνω, *circumspicio*; f. ανῶ, a. 1. part. παπτήνας.

Ἐπαρὰ, ας, ἡ, *imprecatio*: ex ἐπὶ et ἀρά.

Ἐπαράομαι, f. άσομαι et ήσομαι, *imprecor*: ab ἀράομαι. Th. ἀρὰ, *preces*.

Ἐπάρας, *attollens*, et

Ἐπάρασα, in f. g. a. 1. part. act. verbi ἐπαίρω, *attollo*; f. ἐπαρῶ, p. ἐπῆρκα, a. 1. ἐπῆρα, a. 1. imperat. ἔπαρον, άτω, a. 1. pass. ἐπήρθην. ab ἐπὶ et αἴρω, *tollo*.

Ἐπαράσιμος, ου, ὁ ἡ ἡ, *execrabilis*: ex ἐπὶ et ἀρὰ, *preces*.

Ἐπαράσσω, *irruo*: ex ἐπὶ et ἀράσσω, *ampruto, pulso*; f. ξω.

Ἐπάρατε, 2. pl. a. 1. imperat. act. ἔπαρον, άτω. Vide ἐπάρασα.

Ἐπάρατος, ου, ὁ ἡ ἡ, *execrabilis*: ab ἐπαράομαι, quod vide.

Ἐπάργυρος, ου, ὁ ἡ ἡ, *inargentatus, argento tectus*. Th. ἄργυρος, *argentum*.

Ἐπαρῆ, *transfixus est*, 3. sing. a. 2. ind. pass. verbi πείρω, *transeo*. At ἐπάρῃ, *sustulerit*, est a. 1. sub. act. ab ἐπαίρω. Vide ἐπάρασα.

Ἐπαρήγω, *adjuvo*, f. ήξω, p. ηχα. Th. ἀρήγω, idem.

Ἐπαρήρειν, plusq. p. m. verbi ἐπάρω, *apto*: quod ex ἐπὶ et ἄρω, *apto*; p. m. ἦρα, et Att. ἄρηρα.

Ἐπαρησάμενος, Ion. pro ἐπαρασάμενος, a. 1. part. m. ab ἐπαράομαι, *imprecor*: Th. ἀρὰ, *diræ*.

Ἐπαρθεὶς, a. 1. part. pass. verbi ἐπαίρεσθαι, *efferri*; et

Ἐπάρθητε, ήτω, in 2. pl. ἐπάρθητε, a. 1. imperat. pass. ab ἐπαίρω, *attollo*.

Ἔπαρθον, et per Metath. ἔπραθον, *diripui*; a. 2. ind. act. verbi πέρθω, f. 2. πραθῶ.

Ἐπάρκεια, ας, ἡ, *auxilium*, et

Ἐπάρκεσε, *præstitit*, 3. sing. a. 1. ind. act. Ion. vel Dor. pro ἐπήρκεσε et

Ἐπαρκέσει, 3. sing. f. 1. ind. act. ab

Ἐπαρκέω, *subvenio*, cum dat. item *propulso*; f. ἐπαρκέσω, p. ἐπήρκηκα, a. 1. ἐπήρκεσα. Ex ἐπὶ et ἀρκέω, *propulso*.

Ἔπαρμα, ατος, τὸ, *latitudo, elatio*: ab ἐπαίρω.

Ἐπάρμενον, *sufficientem, aptum*, præs. part. pass. acc. sing. pro ἐπαρόμενον. Th. ἄρω, *apto*. Vide ἄρμενον.

Ἐπαρξάμενος, a. 1. part. m. ab ἐπάρχομαι, *auspicor*: ex ἐπὶ et ἀρχὴ, *initium*.

Ἐπάρσις, εως, ἡ, *elevatio*: ab ἐπαίρω, *elevo*. Th. αἴρω, *tollo*.

Ἐπάρσω, f. 1. act. Æol. pro ἐπαρῶ. ab ἐπάρω, idem quod ἄρω, *apto*; a. 1. ἐπῆρσα.

Ἐπαρτάω, f. ήσω, p. κα, *impendeo*. Th. ἀρτάω, *suspendeo*.

Ἐπαρυστὴρ, ῆρος, ὁ ἡ ἡ, et

Ἐπαρυστρὶς, ίδος, ἡ, *haustrum, emunctorium*. Th. ἀρύω.

Ἐπαρχία, ας, ἡ, *provincia*, et

Ἔπαρχος, *præfectus, præses*: ex ἐπὶ et ἀρχὴ, *principatus*.

Ἐπαρωγὸς, ου, ὁ, *auxiliator*, et ἡ, *auxiliatrix*: ab ἐπαρήγω. Th. ἀρήγω. f. ξω, *auxilior*.

Ἐπᾶσαι, a. 1. inf. act. ab ἐπᾴδω, *incanto*. Th. ᾄδω pro ἀείδω, *cano*.

Ἐπάσαντο, et gem. σσ, ἐπάσσαντο, *gustârunt*, 3. pl. a. 1. m. à πάω, vel πάομαι, *possideo, vescor*, p. pass. πέπαμαι.

Ἐπασκέω, Poët. pro κοσμέω, *exorno*. Th. ἀσκέω, *orno, exerceo*.

Ἐπασσύτεροι, *frequentes*: ab ἐπὶ et ἄσσον, *propè*, seu ἀσσοτέρω, *propius*: ἐπασσύτεροι, dicuntur facere, qui aliud faciunt continuâ serie sequentes.

Ἐπάσχον, *passus fui*, imperf. à πάσχω, *patior*; f. πείσομαι, a. 2. ἔπαθον, p. m. πέπονθα.

Ἐπάταξε, *percussit*, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi πατάσσω, f. ξω, *ferio*; p. πεπάταχα, a. 1. part. πατάξας.

Ἐπατήθην, ης, ἡ, *calcatus sum*, a. 1. pass. verbi πατέω, f. ήσω, *calco*, a 1. ἐπάτησα.

Ἐπάτησε, 3. sing. a. 1. ind. act. ejusd.

Ἐπαυλέω, f. ήσω, p. ηκα, *præcino, accino*: ex ἐπὶ et αὐλέω, *cano tibiâ*: ab αὐλὸς, *tibia*.

Ἐπαυλίζομαι, *stabulor, in loco immoror*: ab αὐλίζομαι, *stabulor*. Th. αὐλὴ, *aula*.

Ἔπαυλις, εως, ἡ, *commoratio, villa*: ab eod.

Ἐπαυξάνω, vel ἐπαύξω, f. ἐπαυξήσω, a. 1. ἐπηύξησα, p. ηκα, *adaugeo, amplifico*: ex ἐπὶ et αὐξάνω vel αὔξω, *augeo*. Th. αὔξω.

Ἐπαύξησις, εως, ἡ, *amplificatio*: à præced.

Ἐπαυρεῖ, *fruitur*, 3. sing. ind. et

Ἐπαυρέμεν, seu ἐπαυρέμεναι, Dor. pro ἐπαυρεῖν, præs. inf. act. ex

Ἐπαύρεο, 2. sing. a. 2. m. Ion. vel Dor. pro ἐπηύρου, *adeptus es*: ab ἐπαυρέω, -ῶ, f. ήσω, a. 2. m. ἐπηυρόμην, ου, ετο, Dor. ἐπαυρόμην. Alii volunt esse imperf. verbi seq.

Ἐπαυρέω, ἐπαυρίσκω, et ἐπαύρομαι, *fruor, consequor*; item *pœnas luo*. ἐπαυρεῖν βασιλῆος, *luere pœnas propter regem*, Il. ά. 410. κακοῤῥαφίης, *pœnas insidiarum*, Il. ό. 17. sub. κακόν ἐκ vel ἕνεκα, quod exprimitur, Od. έ, 106. Πλεῖον δὲ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ, *magis autem nocte laborat*, Hes. Op. 419. sub. κακόν. Th. αὔρα, *aura*.

Ἐπαύρῃαι, *fruaris*, Ion. pro ἐπαύρῃ, 2. sing. sub. præs. verbi ἐπαύρομαι, id. q. præced.

Ἐπαύριον, *cras*, adv. ἡ ἐπαύριον, sc. ἡμέρα, *crastinus dies*. Th. αὔριον, *cras*.

Ἐπαυρίσκουσι, 3. pl. præs. ind. act. verbi ἐπαυρίσκω, idem quod ἐπαυρέω.

Ἐπαύροιτο, 3. sing. a. 2. opt. m. et

Ἔπαυρον, Dor. pro ἐπηῦρον, a. 2. ind. act. ejusd. verbi.

Ἐπαύρωνται, *fruantur*, 3. pl. præs. sub. m. vel pass. verbi ἐπαύρομαι, *fruor*: ab eod.

Ἐπαυσάμην, αύσω, αύσατο, a. 1. m. verbi παύω, *cesso*; f. σω, a. 1. ἔπαυσα.

Ἔπαυσαν, 3. pl. a. 1. ind. act. ejusd.

Ἐπαῦσον, *acclama*, a. 1. imperat. act. ex ἐπὶ et αὔω, *clamo*.

Ἐπαύσω, 2. sing. a. 1. ind. m. vide ἐπαυσάμην.

Ἐπαΰτειν, *acclamare*: ἐπαΰτεον, *acclamabant*, Ion. pro ἐπηΰτουν, 3. pl. imperf. act. ex ἐπὶ et αὐτέω, Poët. pro αὔω, *clamo*.

Ἐπαυτοφώρῳ, *in flagranti delicto, in ipso facto*: ex ἐπὶ, *in*, et αὐτόφωρος, quod ex αὐτὸς, *ipse*, et φωρὰ, *furtum*. Th. φὼρ, φωρὸς, ὁ, *fur*.

Ἐπαυχένιος, ου, ὁ ἡ ἡ, Poët. *qui supra cervicem fertur, qui cervici imponitur*: ὁ ἐπὶ τῷ αὐχένι φερόμενος. Th. αὐχήν.

Ἐπαυχέω, -ῶ, f. ήσω, *glorior ob*. Th. αὐχέω.

Ἐπαφάομαι, -ῶμαι, *contrecto, demulceo*: vide in ἀφάω, *palpo*. Th. ἅπτομαι, *tango*.

Ἐπαφαυάνθην, a. 1. ind. pass. ab ἐπαφαυαίνω, *exsicco*: quod ex ἐπὶ, ἀπὸ, et αὐαίνω, *arefacio*. Th. αὔω, *sicco, accendo*.

Ἐπάφησε, 3. sing. a. 1. ind. act. ab

Ἐπαφίημι, *immitto*, f. ἐπαφήσω, p. ἐπαφῆκα, a. 2. sub. ἐπαφῶ ab ἐπὶ, ἀπὸ, et ἵημι, *mitto*.

Ἐπαφρᾶς, ᾶ, ὁ, nomen viri. Gr. *spumosus*.

Ἐπαφρίζω, *despumo*, f. ίσω, p. ἐπήφρικα. ex ἐπὶ et ἀφρὸς, *spuma*.

Ἐπαφρόδιτος, ου, ὁ, nom. viri, Gr. *venustus*.

'Επαφῶ, *immisero*, a. 2. sub. ab ἐπάφην, a. 2. ind. verbi ἐπαφίημι.

'Επαχθὴς, εος, ὁ ᾗ ἡ, *gravis, molestus*. Th. ἄχθος, *pondus*.

'Επάχνωσεν, *vexavit, constrinxit*, a. 1. ind. verbi παχνόω, f. ώσω. Th. πάχνη, *pruina*.

'Επαχύνθην, ης, η, a. 1. ind. pass. verbi παχύνω, *crassum reddo, pinguefacio*. Th. παχὺς, εῖα, ὺ, *crassus*.

"Επε', pro ἔπεα, nom. vel acc. pl. ab ἔπος, εος, τὸ, *verbum*. Th. ἔπω, *dico*.

'Επεὰν, Ion. pro ἐπὰν, *posteaquam*, vel pro ἐπεὶ vel ὅταν, *quando*.

'Επέβα, Dor. pro ἐπέβη, 3. sing. a. 2. ind. act. et ἐπέβαν pro ἐπέβησαν, 3. pl. a. 2. ἐπέβην q. ab ἐπίβημι.

'Επέβαινεν, ες, ε, imperf. act. verbi ἐπιβαίνω, *accedo*. Th. βαίνω, *eo*; f. βήσομαι, a. 2. ἔβην.

'Επέβαλλεν, 3. sing. imperf. act. ab ἐπιβάλλω, *injicio*: ex ἐπὶ et βάλλω, *jacio*; f. βαλῶ, p. βέβληκα, a. 2. ἔβαλον.

'Επέβαλον, a. 2. ind. act. vide præced.

'Επέβασε, Dor. pro ἐπεβήσε, 3. sing. a. 1. ind. act. Poët. pro ἐπεβίβασε, *ascendere fecit, imposuit, restituit in*. Th. βαίνω, *eo*.

'Επέβην, ης, η, *peragravi*, a. 2. ind. act. ab ἐπιβαίνω, quasi ἐπίβημι ex ἐπὶ, et βαίνω, *eo*; f. βήσομαι, a. 2. ἔβην.

'Επέβησα, ας, ε, a. 1. ind. ἐπέβησαν, 3. pl. a. 1. act. et

'Επεβήσατο, 3. sing. a. 1. ind. m. ab eod.

'Επεβίβασα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἐπιβιβάζω, *impono, ascendere facio*; f. άσω. ex ἐπὶ et βαίνω, *eo*.

'Επεβίω, 3. sing. a. 2. ind. act. verbi ἐπιβιώμι, *supervivo*: à βιόω, *vivo*; f. ώσομαι, a. 2. ἐβίων, a. 2. imperat. βίωθι, a. 2. opt. βιώην, a. 2. inf. βιῶναι, a. 2. part. βιούς. Th. βίος, *vita*.

'Επέβλεψα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἐπιβλέπω, *respicio*; f. ψω, p. ἐπιβέβλεφα· ex ἐπὶ et βλέπω, *video*.

'Επεβούλευσε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἐπιβουλεύω, *insidior*: ex ἐπὶ et βουλεύω, *consulto*: quod à βουλὴ, *consilium*.

'Επεγγελάω, *ridens insulto*: ex ἐπὶ, ἐν, et γελάω, *rideo*; f. σω, p. κα.

'Επεγείρε, præs. imperat. act. et

'Επεγείροντες, præs. part. pl. num. ab

'Επεγείρω, *excito*; f. ερῶ, p. ἐπήγερκα, a. 1. ἐπήγειρα. ab ἐπὶ et ἐγείρω, *excito*.

'Επέγρετο, per Sync. pro ἐπεγείρετο, 3. sing. a. 2. m. ἐπεγενόμην, ου, ετο. ex ἐπὶ et γίνομαι, *sum*.

'Επεγκολάπτω, f. ψω, p. φα, *insculpo*. Th. κολάπτω, *tundo*.

'Επεγνωκόσι, dat. pl. p. part. act. ἐπεγνωκὼς, verbi ἐπιγινώσκω, *agnosco*; f. 1. ἐπιγνώσομαι, p. ἐπέγνωκα. ex ἐπὶ et γινώσκω, *cognosco*.

'Επεγνώσθην, a. 1. ind. pass. et

'Επέγνωτε, 2. pl. a. 2. ind. act. ἐπέγνων, ως, ω, ab ἐπίγνωμι.

'Επέγρετο, *expergefiebat*, 3. sing. imperf. pass. per Sync. Poët. pro ἐπηγείρετο. ab ἐπεγείρομαι· Vide ἐπεγείρω.

'Επεγχανεῖν, *inhiare*, a. 2. inf. ex ἐπὶ, ἐν, et χαίνω, *hisco*; a. 2. ἔχανον, inf. χανεῖν.

'Επεδείξατο, 3. sing. a. 1. m. verbi ἐπιδείκνυμι, *commonstro*, a. 1. act. ἐπέδειξα, f. δείξω, p. δέδειχα. ex ἐπὶ et δείκνυμι, *ostendo*.

'Επέδησα, ας, ε, *ligavi*, a. 1. ind. act. verbi πεδάω, *ligo*; f. ήσω. Th. πέδη, *pedica*.

'Επεδίδου, pro ἐπεδίδω, 3. sing. imperf. act. q. ab ἐπιδιδόω, verbi ἐπιδίδωμι, *insuper do*; f. δώσω. Th. δίδωμι, *do*.

'Επέδραμε, *accurrit*, 3. sing. a. 2 act. verbi ἐπιτρέχω. ex ἐπὶ et τρέχω, *curro*; f. θρέξω, p. δεδράμηκα, a. 2. ἔδραμον, p. m. δέδρομα.

'Επέδρη, ης, η, Ion. pro ἐφέδρα, *sessio, obsidio*: vide ἕδρα, *sella*.

'Επέδυν, *exortus sum*, a. 2. vel imperf. verbi ἐπιδῦμι, *exorior*: ex ἐπὶ et δῦμι, vel δύνω, f. δύσω, p. δέδυκα, *subeo*.

'Επέδωκα, ας, ε, a. 2. ind. act. ex ἐπὶ et δίδωμι, *do*; f. δώσω, p. δέδωκα, a. 2. ἔδων.

'Επέεσσι, dat. pl. Ion. et Poët. pro ἔπεσι. ab ἔπος, εος, τὸ, *verbum*, Th. ἔπω, *dico*.

'Επεζάρησαν, pro ἐπεβάρησαν, dici Eustath. existimat: β mutatur in ζ, Ion.

'Επέζησα, *superstes fui*, a. 1. ind. act. verbi ἐπιζάω. Th. ζάω, *vivo*; f. ήσω, p. ἔζηκα.

'Επεζήτει, 3. sing. imperf. act. verbi ἐπιζητέω, *requiro*. Th. ζητέω, *quæro*; f. ήσω, p. ἐζήτηκα.

'Επέθετο, 3. sing. ἐπέθεντο, 3. pl. a. 2. ind. m. verbi ἐπιτίθημι, *impono*. Th. τίθημι, a. 2. ἔθην.

'Επέθηκα, ας, ε, a. 1. ind. act. ejusd.

'Επεθύμησα, et in 3. pl. ἐπεθύμησαν, a. 1. ind. act. verbi ἐπιθυμέω, *concupisco*; ex ἐπὶ et θυμέω. Th. θυμὸς, *animus*.

'ΕΠΕΙ', et ἐπειδὴ, *postquam, quoniam, quanquam*; conj. cum indicat. ἐπεὶ ἄρα, *alioquin*, 1 Cor. vii. 14.

* 'Επεὶ δὲ, *deinde*.

* 'Επειδὰ τε, *alioqui*, Soph. Elect. 325.

* 'Επεὶ τάχιστα, *simul atque*.

'Επείγεαι, Ion. et Dor. pro ἐπείγῃ, *urgeris, properas*, 2. sing. præs. ind. pass. et

'Επείγετο, *festinabat*, 3. sing. imperf. pass. Ion. pro ἠπείγετο· ab

'Επείγομαι, *impellor, urgeor*; quod ab ἐπείγω.

'Επειγομένοιο, *festinatis*, gen. sing. Ion. præs. part. pass. pro ἐπειγομένου, à præced. et

'ΕΠΕΙ'ΓΩ, *urgeo, impello, festino*; f. ξω, p. ἤπειχα.

'Επειδὰν, *postquam*, pro ἐπειδὴ ἄν. Th. ἐπεί.

'Επειδὴ, idem quod ἐπεί.

'Επειδήπερ, *quandoquidem*, cum ind. ab eod.

'Επείδοι, 3. sing. præs. opt. act. ab

'Επείδω, *intueor, respicio*; f. ἐπείσω, vel ἐπείσομαι, a. 2. ἐπεῖδον, a. 2. imperat. ἔπιδε. ex ἐπὶ et εἴδω, *video*.

'Επειὴ, pro ἐπειδὴ, *cum, quoniam*. Th. ἐπεί.

"Επειτ', pro ἔπειτα, adv. *deinde, postea*. Th. εἶτα, *postea, tum*.

'Επείθετο, *obedivit*, 3. sing. imperf. verbi πείθομαι, *pareo*; f. σομαι, a. 2. m. ἐπιθόμην, ου, ετο. Th. πείθω, *persuadeo*; a. 2. ἔπιθον.

'Επεὶ κα, Dor. pro Poët. ἐπεί κε, et hoc pro ἐπεὶ ἄν, *quam*.

'Επείκτης, ου, ὁ, *instigator*. Th. ἐπείγω, *urgeo*.

'Επειλημμένη, *tenens*, p. part. pass. f. g. verbi ἐπιλαμβάνω, f. λήψομαι. Vide in εἴλημμαι.

"Επειμι, *succedo, invado*, a. 2. ἔπιον, ες, ε, a. 2. part. act. ἐπιὼν, οῦσα, όν, *sequens*: hinc ἐπιούσιος, ου, ὁ ᾗ ἡ, *jugis*; ex ἐπὶ et εἶμι, *eo*.

"Επειμι, *supersto, immineo*: ab εἰμὶ, *sum*.

'Επεῖναι, Ion. pro ἐφεῖναι, *permittere, immittere*; a. 2. inf. ab ἐφίημι, quod ab ἵημι, seu ἴω, *mitto*.

Επείνυσθαι, *indui*, præs. inf. verbi ἐπείνυμι, quod ex ἐπὶ et ἕω, *induo*: hinc Ion. ἐνύω.

'Επείξις, εως, ἡ, *festinatio*. Th. ἐπείγω.

'Επείπερ, *quandoquidem*, conj. cum indicat. ab ἐπεί.

'Επειπὼν. a. 2. part. act. ἐπειπεῖν, *insuper dicere*; a. 2. inf. act. ab ἐπὶ et ἔπω, *dico*; a. 1. εἶπα, a. 2. εἶπον.

"Επειρα, ας, ε, et in 3. pl. ἔπειραν, a. 1. ind. act. verbi πείρω, *transfigo*; f. ερῶ, p. πέπαρκα, a. 2. ἔπαρον, p. pass. πέπαρμαι, a. 1. pass. ἐπάρθην.

'Επειράθην, ης, η, et in 1. pl. ἐπειράθημεν, a. 1. ind. pass. et

'Επειράσω, tentâsti, 2. sing. a. 1. m. ἐπειρασάμην, ω, ατο. à πειράω, f. άσω, et ήσω, *conor, tento*. Th. πεῖρα, *conatus*.

'Επειρᾶτο pro -άετο, 3. sing. imperf. pass. verbi πειράομαι, *tento*; ab eod.

'Επείρεσθαι, *interrogare*, præs. inf. m. ab εἴρω.

'Επείρη, Ion. pro ἐπείρα, 3. sing. imperf. act. verbi πειράω, *conor*. Vide ἐπειράσω.

'Επειρύσθαι, *attrahere*; q. ab ἐρύω, Poët. pro ἐρύω, *traho*.

'Επειρώατο, Ion. pro

'Επειρῶντο, q. pro ἐπειράοντο, *periculum faciebant*, 3. pl. imperf. pass. verbi πειράομαι, *tento*. Th. πεῖρα.

'Επειρωτᾶν, præs. inf. act. Ion. pro ἐπερωτᾶν, verbi εἰρωτάω, Ion. et Poët. pro ἐρωτάω, f. ήσω, *rogo*.

'Επειρώτεον, Ion. pro ἐπερώταον, imperf. act. et

'Επειρώτησις, εως, ἡ, Ion. pro ἐπερώτησις, *interrogatio*: ab eod.

"Επεισα, ας, ε, a. 1. verbi ἔπειμι, *adeo*: ex εἶμι, *eo*; a. 1. inus. εἶσα. Potest etiam formari à πείθω, *persuadeo*; f. πείσω unde a. 1. ἔπεισα.

'Επεισάγω, f. ξω, p. ηχα, *superinduco*, et

'Επεισαγωγὴ, ῆς, ἡ, *superinductio*; ex ἐπὶ, εἰς, et ἄγω, *duco*.

* Επείσακτος, ὁ, ἡ, *ascititius (rex.)*

'Επεισέρχεται, *subit*, 3. sing. præs. ind. ab ἐπεισέρχομαι, *ingredior*: quod ex ἐπὶ, εἰς, et ἔρχομαι, *venio*; f. ἐλεύσομαι, a. 2. ἦλθον.

* 'Επεισηγέομαι, *insuper induco*.

'Επείσθην, ης, η, a. 1. ind. pass. à πείθομαι, *obedio*. Vide πείθω, *persuadeo*.

"Επεισιν, *adeat*, 3. sing. præs. ab ἔπειμι, addito ν finali: ex ἐπὶ et εἶμι, *eo*, a. 2. ἴον.

'ΕΠΕΙ'ΣΙΟΝ, ου, τὸ, *aqualiculus, ima ventris pars, τὸ αἰδοῖον*· an ab ἐπὶ et σείω, *moveo*? an ab ἐπεισιέναι?

'Επεισκωμάζω, *impudentèr et velut temulentèr me infero in alicujus societatem*: ex ἐπὶ, εἰς, et κωμάζω, *comessor*. Th. κῶμος, *comessatio*.

'Επεισόδιον, ου, τὸ, *pars fabulæ quasi adventitia*. Th. ὁδὸς, *via*.

'Επεισόδιος, *superinductus, adventitius*, et

'Επεισοδιώδης, idem: ab eod. Th.

'Επεισπηδάω, *superinsilio*; f. ήσω, p. ηκα. ex ἐπὶ, εἰς, et πηδάω, *salio*.

'Επεισφέρομεν, 1. pl. præs. ind. act. ab

'Επεισφέρω, *adfero*: ex ἐπὶ, εἰς, et φέρω, f. οἴσω, a. 1. ἤνεγκα.

•"Επειτα, *deinde*, adv. Th. εἶτα, *postea*.•

'Επείχθην, *properavi*, a. 1. ind. pass. ἐπείχθητι, a. 1. imperat. ab ἐπείγομαι.

'Επεῖχον, ες, ε, imperf. verbi ἐπέχω, *inhibeo, attendo*, q. v.

'Επεκάθισα, ας, ε, et in 3. pl. ἐπεκάθισαν, a. 1. ind. verbi ἐπικαθίζω, *colloco*; f. ίσω, perf. ἐπικεκάθικα. ex ἐπὶ et καθίζω, *colloco, sedere facio*. Th. ἵζω, f. ίσω, idem.

'Επεκαλεῖτο, 3. sing. imperf. pass. ab ἐπικαλέω, *advoco*. Th. καλέω, *voco*, fut. έσω et ήσω, p. κέκληκα.

'Επεκαλύφθησαν, *clausi sunt*, 3. pl. a. 1. ind. pass. verbi καλύπτω, q. v.

'Επεκέατο, Ion. pro ἐπέκειντο, *instabant, irruerunt*, 3. pl. imperf. verbi ἐπίκειμαι, q. v.

'Επέκεινα, *trans*, adv. cum. gen. pro ἐπὶ ἐκεῖνα, *ad illa usque*.

'Επέκειτο, ἐπέκειντο, 3. sing. et pl. imperf. verbi ἐπίκειμαι, *jaceo super, impositus sum*. Th. κεῖμαι, *jaceo*.

'Επεκέκλετ', pro ἐπεκέκλετο, *invocabat*, 3. sing. plusq. perf. pass. ab ἐπὶ et καλέω, *voco*; f. έσω et ήσω, p. κέκληκα, perf. pass. κέκλημαι.

'Επεκλώσαντο, *destinârunt*, 3. pl. a. 1. ind. m. verbi ἐπικλώθω, *fatalia stamina duco*: quod ex ἐπὶ et κλώθω, *neo*.

'Επεκράτει, pro ἐπεκράτεε, 3. sing. imperf. ab ἐπικρατέω, *prævaleo*. Th. κράτος, *robur*.

'Επεκρέμασα, ας, ε, *appendi*, a. 1. ind. act. ab ἐπικρεμάω. q. ab ἐπὶ et κρεμάω, *suspendo*; f. άσω, a. 2. ἐκρέμαθον, q. à κρεμάθω.

'Επέκτασις, εως, ἡ, *extensio*, et

'Επεκτείνομαι, η, εται, *contendor, nitor, extendor*, fut. ἐπεκτενοῦμαι, a. 1. m. ἐπεξετεινάμην, ω, ατο. ab

'Επεκτείνω, *extendo*: quod ab ἐπὶ, ἐκ, et τείνω, *tendo*; f. τενῶ, p. τέτακα.

'Επεκτήσω, 2. sing. a. 1. ind. m. verbi ἐπικτάομαι, *insuper acquiro*. Th. κτάομαι, q. v.

'Επελάβετο, 3. sing. a. 2. m. verbi ἐπιλαμβάνω, *apprehendo*; f. λήψομαι, a. 2. ἐπέλαβον. ex ἐπὶ et λαμβάνω, *capio*.

'Επελάθετο, 3. sing. a. 2. m. verbi ἐπιλανθάνομαι, *obliviscor*; fut. λήσομαι, a. 2. ἐπελάθον. ex ἐπὶ et λανθάνω, seu λήθω, *lateo*; f. λήσω.

'Επελαύνω, *invado*: ex ἐπὶ et ἐλαύνω, *agito*; f. άσω, p. ἤλακα.

'Επέλευσις, εως, ἡ, *invasio, impetus*. Th. ἔρχομαι, f. ἐλεύσομαι, *venio*.

'Επελθεῖν, a. 2. inf. act. verbi ἐπέρχομαι, *supervenio*: quod ex ἐπὶ et ἔρχομαι, *venio*; f. ἐλεύσομαι, a. 2. ἤλυθον, et per. Sync. ἦλθον.

'Επελθὼν, οῦσα, ον, a. 2. part. act. gen. ἐπελθόντος. Vide ἐπελθεῖν.

'Επελπίζω, f. σω, *in spem erigo*: ex ἐπὶ et ἐλπίζω, *spero*. Th. ἐλπὶς, *spes*.

'Επέλυον, ες, ε, a. 2. vel imperf. act. verbi ἐπιλύω, *explico*; f. ύσω, p. ἐπιλέλυκα, a. 1. pass. ἐπελύθην. Th. λύω, *solvo*.

'Επεμαίετ' pro ἐπεμαίετο, *instigabat*, 3. sing. imperf. verbi ἐπιμαίομαι, *incito*: quod ex ἐπὶ et μάω, *vehementer cupio*.

'Επεμάξατο, 3. sing. a. 1. ind. m. verbi μάσσω, f. ξω, *abstergo*.

'Επεμβαίνω, *ingredior*: ex ἐπὶ, ἐν, et βαίνω, *eo*; f. βήσομαι, a. 2. ἔβην.

'Επέμβαλε, *injecit*, 3. sing. a. 2. ind. act. pro ἐπενέβαλε, verbi ἐπεμβάλλω, *superinjicio*. Th. βάλλω, *jacio*; f. βαλῶ, p. βέβληκα, a. 2. ἔβαλον, p. m. βέβολα.

'Επεμβάλλεσθαι, præs. inf. pass. verbi ἐπεμβάλλομαι, *inferor*: ab eod. Th.

'Επεμβάτης, ου, ὁ, *sessor, qui equo insidet*, et

'Επεμβεβαὼς, *conscendens*, perf. part. act. Ion. pro ἐπεμβεβηκὼς, ότος. ab ἐπεμβαίνω, *ingredior*: ex ἐπὶ, ἐν, et βαίνω, *eo*; fut. βήσομαι, p. βέβηκα, a. 2. ἔβην.

'Επέμεινα, ας, ε, et in 1. pl. ἐπεμείναμεν, a. 1. ind. act. verbi ἐπιμένω, *permaneo*; f. ἐπιμενῶ, p. ἐπιμεμένηκα. quod ex ἐπὶ et μένω, *maneo*.

'Επεμελήθην, ης, η, *curavi*, a. 1. ind. pass. verbi ἐπιμελέομαι, *curam gero*; f. ήσομαι. Th. μέλει, *curæ est*.

'Επεμέμφετο, 3. sing. imperf. pass. ex ἐπὶ et μέμφομαι, *accuso*; f. ψομαι, p. μέμεμμαι.

'Επέμενε, 3. sing. imperf. act. verbi ἐπιμένω, *permaneo*. Vide ἐπέμεινα.

'Επεμηνάμην, ω, ατο, *insanivi*, a. 1. m. verbi ἐπιμαίνομαι. Th. μαίνομαι, *insanio*; f. μανοῦμαι, p. m. μέμηνα.

"Επεμπε, imperf. act. verbi πέμπω, *mitto*; f. ψω.

'Επέμυξα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἐπιμύσσω, *subsanno*: ex ἐπὶ et μύσσω, vel -σσω, *mungo, emungo*. Th. μύζω, *clausis labris quendam ex naribus sonum emitto*.

"Επεμψα, ας, ε, *misi*, a. 1. ind. act. verbi πέμπω, *mitto*; f. ψω, p. πέπεμφα, a. 1. imperat. πέμψον.

'Επενάχετο, Dor. pro ἐπενήχετο,

superuotabat : 3. sing. imperf. verbi νήχομαι. Th. νέω.

Ἐπενδύομαι, *superinduo* vel *superinduor* : p. ἐπενδέδυμαι, *indutus sum*, undè part. ἐπενδεδυμένος, *indutus* : et

Ἐπενδύτης, ου, ὁ, *amiculum*, *indusium* : ab

Ἐπενδύω, *superinduo* : f. ύσω, p. ἐπενδέδυκα, a. 1. m. ἐπενδυσάμην, ω, ατο, a. 1. inf. m. ἐπενδύσασθαι. ex ἐπὶ, ἐν, et δύω, *induo*.

Ἐπενεγκεῖν, a. 2. inf. act. et

Ἐπενέγκῃ, 3. sing. a. 1. vel 2. sub. act. et

Ἐπενεγκὼν, a. 2. part. act. ab ἐπιφέρω, q. v.

Ἐπενείκαντες, nom. pl. part. a. 1. act. ab ἐπὶ et ἔνεικα, quod vide, Poët. pro ἤνεγκα, a. 1. ind. act. ejusd. verbi.

Ἐπένειμα, ας, ε, *distribui* : a. 1. ind. act. verbi ἐπινέμω, à νέμω, *tribuo* ; f. μῶ, a. 1. ἔνειμα.

Ἐπενέμετο, 3. sing. imperf. ab ἐπινέμομαι, *depascor* . ab eod. Th.

Ἐπένεον, *accumulabam* : imperf. act. verbi ἐπινέω, vel ἐπινηνέω, *accumulo* : ex ἐπὶ, ἐν, et νέω, *glomero* : imperf. ἔνεον et ἤνεον, undè ἐνήνεον et ἐπενήνεον.

Ἐπενήνοθε, *florui super* : p. m. pro ἐπῆνθα, Epenth. τοῦ ὁ, et redupl. Att. ab ἐπανθέω, *superfloreo* ; ex ἐπὶ et ἀνθέω, *floreo*. Seu in 3. sing. potius aor. 2. ἐπενήνοθεν, ut ostendit Clarkius ad Il. Β. 219, ex significatione temporis. Th. ἄνθος, *flos*.

Ἐπενήχετο, *innatabat* : 3. sing. imperf. m. ab ἐπινήχω, f. ξω. Th. νέω, *nato*.

Ἐπένθει, 3. sing. imperf. verbi πενθέω, *lugeo*.

Ἐπενθὼν, Dor. pro ἐπελθὼν, a. 2. part. verbi ἐπέρχομαι, *supervenio*. Th. ἔρχομαι.

Ἐπέξειμι, *erumpo*, *egredior adversus*. ex ἐπὶ, ἐξ, et εἶμι, *eo*.

Ἐπεξελευσόμεθα, 1. pl. f. 1. ind. m. ab ἐπεξέρχομαι, *procedo* : quod ex ἐπὶ, ἐξ, et ἔρχομαι, *venio* : f. ἐλεύσομαι, a. 2. ἦλθον.

Ἐπεξελθεῖν, a. 2. inf. act. ex iisdem.

Ἐπεξεργάζομαι, *elaboro* : ex ἐπὶ, ἐξ, et ἐργάζομαι, *laboro* : f. σομαι, p. εἴργασμαι. Th. ἔργον, *opus*.

Ἐπεξέρχομαι. Vide ἐπεξελευσόμεθα.

Ἐπεξεύρομεν, 1. pl. a. 2. act. verbi ἐπεξευρίσκω, *invenio* : ex ἐπὶ, ἐξ, et εὑρίσκω, idem, f. ήσω, a. 2. εὗρον.

Ἐπεξῆς, Ion. pro ἐφεξῆς, *deinceps* : id. q. ἑξῆς.

Ἐπεξιέναι, cum dat. *reum peragere et convincere* : item *erumpere* vel *edisserere* ; et

Ἐπέξιθι, *persequere*, *percense* : præs. imperat. ab ἐπὶ, ἐξ, et εἶμι, *eo*.

Ἐπέοικε, *convenit* : 3. sing. ind. p. m. ex ἐπὶ et εἴκω, *similis sum*. Vide ἔοικα.

Ἐπεπείθεθ' pro ἐπεπείθετο, *obedivit* : 3. sing. imperf. pass. et

Ἐπεπείθεσαν, per Synt. pro ἐπεπείθησαν, 3. pl. a. 1. pass. fortè legend. ἐπεποίθεσαν, quod pro ἐπεποίθεισαν, Att. et Ion. 3. pl. plusq. p. m. ab ἐπὶ et πείθω, *persuadeo* : f. πείσω, a. 2. ἔπιθον, p. m. πέποιθα.

Ἐπέπειν, Ion. pro ἐφέπειν, *insequor* : ex ἐπὶ et ἕπω, *sequor*.

Ἐπεπειρέατο, Ion. pro ἐπεπείρηντο, 3. pl. plusq. p. pass. verbi πειράω, *conor* : f. άσω, et Ion. ήσω, p. pass. πεπείρημαι. Th. πεῖρα, *conatus*.

Ἐπέπεσον, ες, ε, *incidi* : a. 2. ind. act. verbi ἐπιπίπτω, *irruo* : cum dat. f. ἐπιπτώσω, p. ἐπιπέπτωκα· ex ἐπὶ et πίπτω, *cado*.

Ἐπεπήγει, 3. sing. plusq. p. m. quod ex ἐπὶ et πήγνυμι seu πήσσω, *figo* : f. ξω, p. πέπηχα, p. m. πέπηγα.

Ἐπέπιθμεν, *persuasimus* ; per Sync. Æol. pro ἐπεπίθομεν, 1. pl. a. 2. ind. act. ἐπέπιθον, Ion. redupl. primis duab. literis à πείθω, a. 2. ἔπιθον. Alii volunt esse 1. pers. pl. plusq. p. m. pro ἐπεποίθειμεν, à p. m. πέποιθα.

* Ἐπέπλας, a. 1. part. act. pro ἐπιπλάς, idque pro ἐπιπλάσας. et

Ἐπέπλεον, *adnavigabant* : 3. pl. imperf. act. verbi ἐπιπλέω. Th. πλέω, *navigo* : f. πλεύσω.

Ἐπέπληγον, *percussi* ; per reduplicationem pro ἔπληγον, a. 2. ind. act. verbi πλήττω, *percutio* : f. ξω ; a. 2. ἔπληγον et ἔπλαγον, vel est a. 2. verbi compos. ab ἐπιπλήττω, quod vide.

Ἐπέπληξα, ας, ε, a. 1. act. verbi ἐπιπλήσσω, vel -ττω, fut. ξω, *increpo* : ex ἐπὶ et πλήσσω, *percutio*.

Ἐπέπλων, ως, ω, *adnavigabam* : imperf. vel a. 2. act. ab ἐπίπλωμι pro ἐπιπλέω, ut ἐδίδων vel ἔδων, ως, ω. Th. πλέω, f. πλεύσω, *navigo*.

Ἐπεποίθειν, *confisus fueram* : plusq. perf. m. ex ἐπὶ et πείθω, *persuadeo* : f. πείσομαι, p. m. πέποιθα.

Ἐπεπόνθη, Att. vel Ion. pro ἐπεπόνθειν, ut ᾔδη pro ᾔδειν, plusq. perf. m. verbi πάσχω, *patior* : f. πείσομαι, a. 2. ἔπαθον, p. m. πέπονθα.

Ἐπεπράγεσαν, *egerant* : pro ἐπεπράγεισαν, Att. et Ion. 3. pl. plusq. perf. m. ab ἐπεπράγειν, verbi πράσσω, vel -ττω, fut. ξω, præt. m. πέπραγα.

Ἐπέπταρον, ες, ε, a. 2. act. verbi ἐπιπταίρω, *insuper sternuto* : ex ἐπὶ et πταίρω, f. αρῶ.

Ἐπέπτατο, 3. sing. a. 2. ind. m. *advolavit*. Vide ἐπτάμην.

Ἐπεπτώκειν, *excideram* : plusq. p. act. verbi πίπτω, *cado* : f. πτώσω, p. πέπτωκα.

Ἐπέπυστο, 3. sing. plusq. p. pass. verbi πυνθάνομαι, *audio*, *interrogo* : f. πεύσομαι, p. pass. πέπυσμαι, a. 2. m. ἐπυθόμην.

Ἐπεραιώθην, *transgressus sum* : a. 1. ind. pass. verbi περαιόω, *transvebo*. Th. πέρα, *ultra*.

Ἐπεργάζομαι, *colo*, *aro*, *subigo* : ex ἐπὶ et ἐργάζομαι, fut. άσομαι, p. ασμαι, *operor*. Th. ἔργον, *opus*.

Ἐπερείδω, *fulcio*, *firmo* : et

Ἐπέρεισε, *adegit* : 3. sing. a. 1. ind. act. ex ἐπὶ et ἐρείδω, f. σω, p. κα, *figo*, *firmo*.

Ἐπέρεσθαι, *sciscitari* : verbi ἐπέρομαι, *suscitor*, f. ἐπερήσομαι. Vide ἐπείρεσθαι.

Ἐπερήρεισμαι, perf. pass. verbi ἐπερείδω, per redupl. Att. Vide in ἐπέρεισε.

Ἐπέρησα, ας, ε, *transivi*, *trajeci* : a. 1. ind. act. verbi περάω, f. άσω et άσω, p. πεπέρακα.

Ἐπερράγην, ης, η, a. 2. ind. pass. verbi ἐπιρρήγνυμι. Th. ῥήσσω, *frango* : f. ξω.

Ἐπερρίφην, ης, η, a. 2. ind. pass. tanq. ab ἐπιρρίφω pro ἐπιρρίπτω, *injicio* : ex ἐπὶ et ῥίπτω, *projicio* : f. ψω, p. ἔρριφα.

Ἐπερρώσαν, 3. pl. a. 1. ind. act. et

Ἐπερρώσαντο, 3. pl. a. 1. ind. m. verbi ἐπιρρώννυμι, *confirmo*, *impello*, *fortiter moveo* : ex ἐπὶ et ῥώννυμι, fut. ῥώσω, perf. ἔρρωκα, a. 1. pass. ἐρρώσθην.

Ἐπέρχομαι, *supervenio* : f. ἐπελεύσομαι, a. 2. ἐπῆλθον. ex ἐπὶ et ἔρχομαι, *venio* : p. m. ἦλυθα, Att. ἐλήλυθα.

Ἐπέρχοντ' pro ἐπέρχονται, 3. pl. præs. ejusd.

Ἐπερωτάω, *interrogo* : imperf. ἐπηρώταον, -ων, -αες, -ας, -αε, -α, f. ήσω, p. ἐπηρώτηκα, a. 1. ἐπηρώτησα, a. 1. imperat. ἐπερώτησον, -άτω. ex ἐπὶ et ἐρωτάω, *rogo*, *sciscitor*.

Ἐπερώτημα, ατος, τὸ, *interrogatio* : et

Ἐπερωτήσας, αντος, a. 1. part. act. ab ἐπερωτάω, quod vide.

Ἐπερώτησις, εως, ἡ, *interrogatio* : ab eod.

Ἐπέσαξεν, 3. sing. a. 1. verbi ἐπισάττω, *sterno* : f. ξω. Th. σάττω, *onero*.

Ἐπεσβολία, ας, ἡ, *convitium* : et

Ἐπεσβόλος, ὁ καὶ ἡ, *verba proterva*

ἐν aliquem jaciens: ex ἐπὶ, εἰς, Att. ἐς, et βάλλω, jacio: p. m. βέβολα· vel qu. ἔπεσιν ὡς βέλεσι βάλλων, verbis tanquam telis, impetens.

Ἔπεσεν, cecidit: 3. sing. a. 2. act. verbi πίπτω, cado: fut. πεσοῦμαι, præt. πέπτωκα, a. 2. ἔπεσον.

Ἐπεσθίω, insuper edo, post aliud edo: ex ἐπὶ et ἐσθίω, edo. Th. ἔδω, idem.

Ἑπέσθω, sequatur: 3. sing. præs. imperat. et

Ἑπέσθων, 3. dual. præs. imperat. verbi ἕπομαι, sequor: præs. inf. ἕπεσθαι.

Ἔπεσσι, dat. pl. ab ἔπος, ἔπεος, τὸ, verbum. Th. ἔπω, dico: a. 2. εἶπον.

Ἐπέσκαζον, ες, ε, imperf. act. verbi σκάζω, claudico: f. σω.

Ἐπέσκεπε, tegebat: 3. sing. imperf. act. verbi ἐπισκέπω, f. ψω. Th. σκέπω, tego.

Ἐπεσκέψασθε, 2. pl. a. 1. m. ἐπεσκεψάμην, ω, ατο, verbi ἐπισκέπτομαι, inviso, visito: f. ψομαι, p. pass. ἐπέσκεμμαι. ex ἐπὶ et σκέπτομαι, circumspicio.

Ἐπεσκίασα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἐπισκιάζω, inumbro: cum dat. fut. άσω, præt. ἐπεσκίακα, a. 1. sub. ἐπισκιάσω, ῃς, ῃ. ex ἐπὶ et σκιὰ, umbra.

Ἐπεσκίρτησε, insiluit: 3. sing. a. 1. ind. act. ex ἐπὶ et σκιρτάω, salto. Th. σκαίρω, salio.

Ἐπεσκότησε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἐπισκοτέω, obtenebro: f. ήσω, p. ἐπεσκότηκα. ex ἐπὶ et σκότος, tenebræ.

Ἔπεσον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi πίπτω, cado: f. 2. m. πεσοῦμαι, p. πέπτωκα.

Ἐπέσπεσθαι, Ion. et Poët. pro ἐφέπεσθαι, sequi: et

Ἔπεσπον, a. 2. ind. act. hinc a. 2. inf. ἐπισπεῖν, a. 2. part. ἐπισπών, ab inus. ἐπίσπω, assequor: ex ἐπὶ et σπέω, fact. ex ἕπω per transposit. et Pleonasm. τοῦ σ. Th. ἕπω.

Ἐπέσσεται, gem. σσ, pro ἐπέσεται, Poët. 3. sing. f. ἔσομαι. Ex ἐπὶ, et verb. εἰμὶ, sum.

Ἐπέσσυται, impetum fecit, per Metath. pro ἐπέσυνται, 3. sing. perf. pass. et

Ἐπέσσυτο, pro ἐπέσυτο, 3. sing. plusq. p. pass. ex ἐπὶ et σεύομαι, concito, verbum inus. pro σείομαι, idem. Th. σείω, quatio.

Ἐπεστάλμαι, missus sum: perf. pass. verbi ἐπιστέλλω, mitto: quod vide.

Ἐπέστειλα, ας, ε, misi: a. 1. ind. act. ejusd.

Ἐπεστενάχιζε, 3. sing. imperf. act. verbi ἐπιστεναχίζω, ingemisco: ex ἐπὶ et στεναχίζω, gemo, f. σω. Th. στενὸς, angustus.

Ἐπέστενε, ingemiscebat, 3. sing. imperf. act. ex ἐπὶ et στένω, gemo: ab eod. Th.

Ἐπεστέψαντο, coronaverunt: 3. pl. a. 1. ind. m. ab ἐπιστέφω. Th. στέφω, corono: f. ψω, p. ἔστεφα.

Ἐπεστεὼς, ῶτος, per Crasin Ion. pro ἐφεστηκὼς et ἐφεστὼς, perf. part. act. et

Ἐπέστην, ης, η, superveni, a. 2. ind. act. ab ἐφίστημι, insto: f. ἐπιστήσω, p. ἐφέστηκα. ex ἐπὶ et ἵστημι, sto.

Ἐπεστήρικτο, 3. sing. plusq. p. pass. vide ἐστήρικται. à στηρίζω, firmiter statuo: f. ξω.

Ἐπεστήριξα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἐπιστηρίζω, confirmo: ab eod. Th.

Ἐπέστησαν, 3. pl. a. 2. ind. act. ἐπέστην, q. v.

Ἔπεστι, imminet, aliquando, licet, 3. sing. præs. verbi ἔπειμι, supersto, immineo. Th. εἰμὶ, sum.

Ἐπεστονάχιζε, idem quod ἐπεστενάχιζε. ex ἐπὶ et στοναχίζω, gemo. Th. στενὸς, angustus.

Ἐπεστραμμένα, perversa et asperiora verba, perf. part. pass. n. g. pl. Vide seq.

Ἐπεστράφην, ης, η, a. 2. ind. pass. verbi ἐπιστρέφω, converto: f. ψω. Th. στρέφω, verto, a. 2. ἔστραφον.

Ἐπέστρεψα, ας, ε, a. 1. act. ejusd. verbi.

Ἐπεστυφέλιζον, verberabant: 3. pl. imperf. ex ἐπὶ et στυφελίζω, duriter tracto. Th. στύφω, adstringo: fut. ψω.

Ἔπεσχε, 3. sing. a. 2. ind. act. ἐπέσχον. ab ἐπέχω.

Ἐπέσχετο, 3. sing. a. 2. ind. m. ejusd. verbi.

Ἕπεται, sequitur: 3. sing. præs. ind. ab ἕπομαι, sequor: a. 1. m. ἑψάμην. Th. ἕπω.

Ἐπέτας, α, ὁ, Poët. et Dor. pro ἐπέτης, ου, ὁ, assecla, comes, famulus: ab eod. Th.

Ἐπετάσθην, a. 1. ind. pass. à πετάννυμι, seu πετάζω, f. άσω, pando, volo. Th. πετάω.

Ἐπέτειλα, ας, ε, jussi: a. 1. ind. act. ab ἐπιτέλλω. ex ἐπὶ et τέλλω, inusit.

Ἐπέτειος, ου, ὁ ἡ, anniversarius. Th. ἔτος.

Ἐπέτελλε, imperabat: 3. sing. imperf. act. et

Ἐπιτέλλεο pro ἐπετέλλετο, 3. sing. imperf. pass. Vide ἐπιτέλλω.

Ἐπετέρπετο, 3. sing. imperf. m. verbi ἐπιτέρπομαι, delector. Th. τέρπω, delecto: f. ψω.

Ἐπετήδευσα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἐπιτηδεύω, sector studiose, operam do: fut. εύσω. Th. ἐπιτήδειος, idoneus.

Ἐπετήσιος, ου, ὁ ἡ, vel ιος, ια, ιον, annuus, totum annum durans. Th. ἔτος, annus.

Ἐπετίθευν, pro ἐπετίθεον, 1. sing. vel 3. pl. imperf. act. qu. ab ἐπιτιθέω, verbi ἐπιτίθημι, q. v.

Ἐπετίμα, pro ἐπετίμαε, 3. sing. imperf. act. ab

Ἐπιτιμάω, objurgo: fut. ήσω, p. ἐπιτετίμηκα. ex ἐπὶ et τίω, punio.

Ἐπετίμησα, ας, ε, a. 1. ind. act. ejusd.

Ἐπετίμων, 1. sing. vel 3. pl. imperf. act. ἐπετίμαον, -ων, verbi ἐπιτιμάω, objurgo: q. v.

Ἐπέτοσσα, ας, ε, incidi in, offendi, nactus sum: a. 1. Poët. pro ἐπέτοσα, verbi τοτέω, -ῶ, f. ώσω, q. à prisco verbo τέτω. Th. πίπτω.

Ἐπετράπην, ης, η, a. 2. ind. pass. verbi ἐπιτρέπω, permitto: f. ψω, p. ἐπιτέτροφα, a. 1. ἐπέτρεψα, p. m. ἐπιτέτροπα. ex ἐπὶ et τρέπω.

Ἐπέτρεψα, ας, ε, a. 1. ind. act. ab eod. verbo.

Ἐπέτυχον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi ἐπιτυγχάνω, assequor: ex ἐπὶ et τυγχάνω, sum: fut. τεύξομαι.

Ἐπεύαδον, imperf. vel a. 2. Æol. Pleonasm. τοῦ υ pro ἐπέαδον, ab ἕαδον, resolutione Ion. pro ἧδον, mutato φ in π, ab ἁνδάνω, vel ἅδω, placeo: f. ἁδήσω.

Ἐπευθόμεθα, intelleximus: 1. pl. imperf. ex ἐπὶ et πεύθομαι, f. πεύσομαι, p. pass. πέπυσμαι, a. 2. m. ἐπυθόμην.

Ἐπευθυμέω, -ῶ, f. ήσω, p. ἐπευθύμηκα, æquo animo sum. Th. θυμός.

Ἐπευκτὸς, οῦ, optabilis: et

Ἐπευλαβέομαι, metuo, non audeo.

Ἐπευξάμενος, a. 1. part. m. ab ἐπεύχομαι, apprecor. Th. εὔχομαι, precor: fut. εὔξομαι, p. εὔγμαι.

Ἐπευφημέω, f. ήσω, laudibus prosequor, benedico: ex ἐπὶ et εὔφημος, laudatus, quod ab εὖ, bene, et φημὶ, dico. Th. φάω, dico.

Ἐπευφήμησα, ας, ε, laudavi, et in 3. pl. ἐπευφήμησαν, a. 1. ind. act. verbi ἐπευφημέω, f. ήσω. ex ἐπὶ et εὔφημος, laudatus, quod ab εὖ, bene, et φημὶ, dico. Th. φάω, dico.

Ἐπεύχεο, Ion. pro ἐπεύχου, præs. imperat. ab

Ἐπεύχομαι, ῃ, εται, glorior. Vide ἐπευξάμενος.

Ἐπευωνίζω, fut. ίσω, p. ίκα, vilis pretii facio. Th. ὠνέομαι, emo.

Ἐπέφαντο, apparebant, 3. pl. plusq. p. pass. Poët. pro πεφασμένοι, ἦσαν,

à verbo φαίνομαι, appareo, fut. φανήσομαι, p. pass. πέφασμαι, et Att. πέφαμμαι, a. 2. pass. ἐφάνην. Th. φαίνω, ostendo.

Ἐπέφερον, ες, ε, imperf. act. verbi ἐπιφέρω, infero, fut. ἐποίσω, a. 2. ἐπήνεγκον. Th. φέρω.

Ἔπεφνεν, occidit, 3. sing. imperf. act. verbi πέφνω idem quod φένω, occido; p. m. πέφονα. Alii volunt esse ab ἐπιφονέω, quod in a. 2. ἐπέφονον, et per Sync. ἔπεφνον, occidi. Alii à φένω, deducunt, et per redupl. πεφένω, per Sync πέφνω. unde a. 2. ἔπεφνον. Aut. à φένω, a. 2. ἔφενον, per redupl. Syracus. ἐπέφενον, per Sync. ἔπεφνον.

Ἐπέφραδον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi ἐπιφράζω, induco, indico, f. σω, p. ἐπιπέφρακα, p. m. πέφραδα. Alii volunt ἐπέφραδον, Syracusana reduplicatione dici pro ἔφραδον, ut in voce superiori: vel potest esse imperf. facto præsenti πεφράδω, ex p. m. πέφραδα. Th. φράζω, dico.

Ἐπεφράσσατ' pro ἐπεφράσατο, 3. sing. a. 1. ind. m. verbi ἐπιφράζομαι, excogito: ab. eod.

Ἐπεφράσσατο, Poët. pro ἐπεφράσατο. Vide præced.

Ἐπέφυτο. Vide ἐπεφυόμην.

Ἐπέφυκον, ες, ε, enatus vel enata erat, 1. sing. vel 3. pl. imperf. act. verbi πεφύκω, idem quod φύω, nascor, f. σω, p. πέφυκα, a. 2. ἔφυν.

Ἐπεφυόμην, ου, ετο, adnascebar, imperf. ind. pass. verbi ἐπιφύομαι. Th. φύω, gigno.

Ἐπεφώνει, 3. sing. imperf. act. ab ἐπεφώνεον, -ουν, -εις, ει· verbi ἐπιφωνέω, acclamo, f. ήσω, p. ἐπιπεφώνηκα, p. pass. ἐπιπεφώνημαι. Th. φωνή, vox.

Ἐπέχευν, 3. sing. imperf. vel à 2. ind. act. verbi ἐπιχέω, infundo. Vide ἐκχέω.

Ἐπέχειν, abstinere, occupare, præs. inf. act. ἐπέχειν σκοπῷ τόξον, arcum intendere in scopum: ab ἐπέχω, q. v.

Ἐπεχείρησαν, 3. pl. a. 1. ind. act. verbi ἐπιχειρέω, aggredior, imperf. ἐπεχείρεον, -ουν, f. ήσω, p. ἐπικεχείρηκα, a. 1. ἐπεχείρησα· ex ἐπὶ et χεὶρ, manus.

Ἐπέχευτο, pro ἐπεχεῖτο, infundebat, 3. sing. imperf. m. ex ἐπὶ et χέομαι. Th. χέω, fundo, f. χεύσω.

Ἐπέχθην, ης, η, a. 1. pass. verbi πέκω, idem quod πείκω, pecto, tondeo, f. πέξω.

Ἐπέχραον, imperf. vel a. 2. ind. act. verbi ἐπιχραύω, seu ἐπιχραίνω. Th. χραύω, invado furiosè.

Ἐπέχρισε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἐπιχρίω, illino, f. ίσω, p. ἐπικέχρικα. Th. χρίω, ungo.

Ἐπέχω, inhibeo, item attendo: Job xviii. 2. 1. Tim iv. 16. imperf. ἐπεῖχον, ες, ε, cum dat f. ἐφέξω, vel ἐπισχήσω, p. ἐπέσχηκα, a. 2. ἐπέσχον· ex ἐπὶ et ἔχω.

Ἔπεψα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi πέπτω, coquo.

Ἐπέων, gen. pl. et

Ἔπη, pro ἔπεα, carmina, nom. pl. ab ἔπος, εος, τὸ, carmen. Th. ἔπω, dico, a. 2. εἶπον.

Ἐπῇ, insit, 3. sing. præs. sub. ab ἔπειμι, insum: ex ἐπὶ et εἰμὶ, sum.

Ἐπήβολος, Poët. pro ἐπίβολος, ὁ ϗ ἡ, compos, qui aliquid adeptus est: ab ἐπιβάλλω, q. v.

Ἐπήγαγε, adduxit, Att. pro ἐπῆγε, 3. sing. a. 2. ind. act. vel p. m. verbi ἐπάγω. Th. ἄγω, duco, f. ἄξω, p. ἦχα, a. 1. ἦξα.

Ἐπηγάγοντο, 3. pl. imperf. pass. Att. ab ἐπάγομαι, adducor, ab eod. Th.

Ἐπηγγειλάμην, ω, ατο, a. 1. ind. m. verbi ἐπαγγέλλομαι, promitto: ex ἐπὶ et ἀγγέλλω, nuntio, f. λῶ, p. ἤγγελκα.

Ἐπήγειρα, a. 1. ind. act. verbi ἐπεγείρω, excito, f. ρω, p. ἐπήγερκα· ex ἐπὶ et ἐγείρω.

Ἐπηγκενίδες, αἱ, tabulæ navium à prorâ ad puppim extensæ, dictæ quasi ἐπενεγκίδες. Th. φέρω, fero, f. οἴσω, a. 2. ἤνεγκον.

Ἐπηγορεῖν, Ion. pro κατηγορεῖν.

Ἐπήειν, ῄεις, ῄει, plusq. p. m. verbi ἔπειμι, accedo, adeo. Th. εἶμι, eo.

Ἐπῆν, pro ἐπῆν, inerat, 3. sing. imperf. ex ἐπὶ et εἰμὶ, sum.

Ἐπητανὸς, η, ον, annuus: ex ἐπὶ et ἔτος, annus.

Ἐπηθρηκυῖα, perf. part. act. f. g. ab ἐπαθρέω, quod ex ἐπὶ et ἀθρέω, video, f. ήσω.

Ἐπῆκαν, Ion. pro ἐφῆκαν, 3. pl. a. 1. ind. act. immiserunt: ab ἐφίημι, quod ab ἵημι, mitto. Sic

Ἐπῆκε, Ion. pro ἐφῆκε, 3. sing. ab eod. temp.

Ἐπηκολούθησα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἐπακολουθέω, subsequor, f. ήσω, p. ἐπηκολούθηκα, a. 1. sub. act. ἐπακολουθήσω, ῃς, ῃ· ex ἐπὶ et ἀκόλουθος, pedissequus.

Ἐπήκοος, ου, ὁ ϗ ἡ, propitius, qui rem aliquam audivit. Th. ἀκούω, audio.

Ἐπήκουσα, a. 1. act. verbi ἐπακούω, q. v.

Ἐπηκροῶντο, pro -οάοντο, 3. pl. imperf. m. ἐπηκροαόμην, -ώμην, -άου, -ῶ, -άετο, ᾶτο, ab ἐπακροάομαι, -ῶμαι, exaudio: ex ἐπὶ et ἀκροάομαι, audio.

Ἔπηλαν, 3. pl. a. 1. ind. act. verbi πάλλω, vibro, f. αλῶ, a. 1. ἔπηλα.

Ἐπῆλθον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi ἐπέρχομαι, accedo, f. ἐπελεύσομαι. Th. ἔρχομαι.

Ἐπηλυγάζω, vel -ίζω, obumbro, veluti umbraculo tego: ex ἐπὶ et ἠλυγάζω, vel -ίζω, idem. Th. λύγη, tenebræ.

Ἐπήλυδες, οἱ ϗ αἱ, advenæ, nom. pl. ab ἔπηλυς, υδος ab ἐπέρχομαι, vide ἐπῆλθον.

Ἐπήλυθε, 3. sing. p. m. vel a. 2. ind. act. et per Sync. ἐπῆλθε ab eod. verbo.

Ἔπηλυς, υδος, ὁ ϗ ἡ, advena, extraneus: vid. ἐπήλυδες.

Ἐπηλυσία et ἐπηλυσίη, ἡ, Ion. adventus; item incantatio, quæ fit veneficiis. Th. ἔρχομαι.

Ἐπηλύτης, ου, et ἐπήλυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, advena: ab eod. Th.

Ἐπήμηναν, 3. p. pl. a. 1. ind. act. verbi πημαίνω, noceo, damnum do, f. ανῶ. Th. πῆμα.

Ἐπημοιβὸς, η, ον, mutuus, alternans: ab ἀμείβω, alterno.

Ἐπῆν, aderat, 3. sing. imperf. verbi ἔπειμι. Th. εἰμὶ, sum. At

Ἐπὴν, quandoquidem, Ion. pro ἐπὰν· ab ἐπεὶ, postquam, et ἄν, si.

Ἐπῄνεον, laudabam, et contractè ἐπῄνουν, imperf. act. verbi ἐπαινέω, laudo, f. ήσω, et έσω, a. 1. ἐπῄνεσα, a. 1. pass. ἐπῃνέθην· ex ἐπὶ et αἶνος, laus.

Ἐπῄνεσσαν, approbârunt, 3. pl. a. 1. ind. act. Poët. gem. σσ, pro ἐπῄνεσαν. Vide ἐπῄνεον.

Ἐπῄνησαν, laudârunt, 3. pl. act. Poët. pro ἐπῄνεσαν ab ἐπαινέω, vel etiam regularitèr, à f. ήσω.

Ἐπήνθε, p. m. verbi ἐπανθέω, superfloreo: ex ἐπὶ et ἀνθέω. Th. ἄνθος, flos. Vide ἐπενήνοθε.

Ἐπήντησα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἐπαντάω, occurro, f. ήσω, p. ἐπήντηκα· ex ἐπὶ et ἀντάω. Th. ἀντὶ, contrà.

Ἐπηνύθη, completa erat, 3. sing. a. 1. ind. pass. verbi ἐπανύω, expedio. Th. ἀνύω, perficio.

Ἐπήξατο, 3. sing. a. 1. ind. m. verbi πήγνυμι, f. ξω. compingo, figo; p. m. πέπηγα.

Ἔπηξεν, 3. sing. a. 1. ind. act. ejusd. verbi

Ἐπηπείλησε, minatus fuerat, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἐπαπειλέω. Th. ἀπειλέω, minor, f. ήσω.

Ἐπῆρα, sustuli, a. 1. ind. act. verbi ἐπαίρω, a. 1. ind. m. ἐπηράμην. Vide ἐπῆρεν.

Ἐπήρατος, ου, ὁ ϗ ἡ, amabilis: ex ἐπὶ et ἐράω, f. άσω, amo.

ἘΠΗΡΕΑ΄ΖΩ, damno afficio, inj-

festo, vexo, calumnior, f. ἁσω, p. ἐπηρέακα qu. ex ἐπὶ et Ἄρης, Mars.

Ἐπηρεασμὸς, οῦ, ὁ, vexatio, malevolentia, contumelia, et

Ἐπηρεαστικὸς, ή, όν, injuriosus, infestus, et

Ἐπήρεια, ας, ἡ, damnum, injuria: ab ἐπηρεάζω, q. v.

Ἐπῆρεν, 3. sing. a. 1. act. verbi ἐπαίρω, attollo, f. ἐπαρῶ, p. ἐπῆρκα, a. 1. part. ἐπάρας, αντος, a. 1. pass. ἐπήρθην. Ex ἐπὶ et αἴρω, tollo.

Ἐπήρετμος, ου, ὁ ἡ ἡ, ad remigationem accinctus, remis instructus: ab ἐπὶ et ἐρετμὸν, remus. Th. ἐρέσσω, vel ἐρέττω, remigo.

Ἐπήρετο, 3. sing. imperf. m. verbi ἐπέρομαι, interrogo: ex ἐπὶ et εἴρω, dico. At ἐπῄρετο, cum ι subscript. est imperf. pass. verbi ἐπαίρομαι, attollor. Th. αἴρω, tollo.

Ἐπηρεφέας, acc. pl. ab ἐπηρεφὴς, tectus, copertus: ex ἐπὶ et ἐρέφω, tego, f. ψω.

Ἐπήρθην, a. 1. ind. pass. ab ἐπαίρω, attollo. Vide in ἐπῆρεν.

* Ἐπήρεια, ας, ἡ, damnum, injuria, calumnia, odium, Diod. Sic.

Ἐπήρκει, 3. sing. imperf. act. ab ἐπαρκέω, sufficio, subvenio, f. έσω, p. ἐπήρκηκα. Th. ἀρκέω, propulso.

Ἐπήρκεσαν, 3. sing. a. 1. ind. act. ejusd.

Ἐπηρμένος, elatus, part. præt. pass. ab ἐπαίρομαι. Vide ἐπήρετο.

Ἐπῆρσα, ας, ε, a. 1. Æol. ab ἐπάρω, quod ab ἐπὶ et ἄρω, apto, f. Æol. ἄρσω, unde infin. ἄρσαι, &c.

Ἐπηρτημένος, p. part. pass. ab ἐπαρτάομαι, immineo: quod ab ἐπὶ et ἀρτάω, suspendo, f. ήσω.

Ἐπηρώτα, 3. sing. imperf. ab ἐπηρώτων, -ων, -ας, -α, verbi ἐπερωτάω, interrogo, f. ήσω, p. ἐπηρώτηκα, a. 1. ἐπηρώτησα, ας, ε. Th. ἐρωτάω.

Ἐπηρώτησαν, 3. pl. a. 1. ind. act. ejusd. verbi.

Ἐπῆσαν, insuper erant, 3. pl. imperf. verbi ἔπειμι, quod ab εἰμὶ, sum.

Ἐπησθεῖεν, Ion. pro ἐφησθεῖεν, per Syncop. pro ἐφησθείησαν, 3. plur. a. 1. opt. pass. verbi ἐφήδομαι, delector super aliquâ re: quod ex ἐπὶ et ἥδω, delecto, f. ἥσω. Th. ἡδὺς, suavis.

Ἐπῄσθετο, 3. sing. a. 2. ind. m. verbi ἐπαισθάνομαι, sentio: ex ἐπὶ et αἰσθάνομαι, idem, f. αἰσθήσομαι, p. ᾔσθημαι, a. 2. m. ᾐσθόμην, ου, ετο.

Ἐπησκήσατο, 3. sing. a. 1. ind. m. verbi ἐπασκέω, exerceo. Th. ἀσκέω, f. ήσω, idem.

Ἕπηται, 3. sing. præs. sub. m. ab ἕπομαι, sequor, a. 1. m. ἑψάμην.

Ἐπήτης, ου, vel ἐπητὴς, οῦ, ὁ ἡ ἡ, facundus. Th. ἔπω, dico.

Ἐπήτριμος, ου, ὁ ἡ ἡ, densus: ab ἐπὶ et ἤτριον.

Ἐπηχέω, -ῶ, obstrepo, insono: ex ἐπὶ et ἠχέω, sono. Th. ἦχος, sonus.

Ἐπηχθισμένος, p. pass. part. ab ἐπάχθομαι, ingemo sub pondere: quod ex ἐπὶ et ἄχθομαι, idem, f. ἄχθεσομαι et ἐσομαι, a. 1. pass. ἠχθέσθην. Th. ἄχθος, pondus.

ΕΠΙ', præpositio, cum gen. in, ad, supra, super, coram; cum. dat. in, propter, coram: facit periphrasin adverbii, ἐπὶ ἡσυχίᾳ, quiete; ἐπ' ἰσχύϊ, pro ἰσχυρῶς, robuste. ἐπὶ δὲ τούτου, interea, Diod. Sic. ἐπ' ἐξαγωγῇ, cum conditione avehendi, τελευτᾶν ἐπὶ παισὶν, mori post se relinquens pueros. ἐπὶ πολλαῖς βίβλοις ἐτελεύτησεν, mortuus est operibus multis relictis. ἐπὶ τούτοις παράγαγε, adducito post hos: ἐφ' ᾧτε, ea conditione, ut, ἐπὶ τοῖς σώμασι, sub nexu obligationis corporis. Cum accus. ἐπὶ χρόνον, aliquamdiu. ἐπὶ δεξιὰν, ad dextram. ἐφ' σκιὰν, ad sinistram. Cum acc. personæ post verba motus, contra Luc. xiv. 31. Herod. I. cum accus. rei propter, Matth. iii. 7. cum acc. super, adversus, per: ἐπὶ μᾶλλον, multò magis: in compositione significat in, super, contra, ad, post, præ, prope, sub, augmentum, diminutionem.

Ἔπι pro ἔπεσι, inest, instat, ponitur etiam pro ἔπεισι, insunt: ab ἔπειμι. Th. εἰμί.

Ἐπιάλλω, immitto: ab ἰάλλω, mitto, f. αλῶ.

Ἐπιάλμενος, per Sync. pro ἐπιαλλόμενος, Poët. pro ἐφαλλόμενος, præs. part. ex ἐπὶ et ἄλλομαι, salio, a. 2. m. ἡλόμην, ου, ετο.

Ἐπίασα, ας, ε, et in 2. pl. ἐπιάσατο, a. 1. ind. act. verbi πιάζω, capio, prehendo, f. άσω, p. πεπίακα, a. 1. pass. ἐπιάσθην, f. 1. pass. πιασθήσομαι. Th. πιέζω, premo, crucio: Dor. πιάζω.

Ἐπιάσθην, a. 1. ind. pass. Vide in ἐπίασα.

Ἐπιαύω, dormio inter vel apud: ab ἰαύω, f. σω, p. κα, commoror, dormio.

Ἐπίαχον, clamabam, vel clamabant, 1. sing. vel 3. pl. imperf. act. verbi ἰάχω, clamo.

Ἐπίβα, insulta, per Apoc. Poët. pro ἐπίβηθι, a. 2. imperat. act. verbi ἐπιβαίνω.

Ἐπίβαθρον, ου, τὸ, naulum: ab ἐπιβαίνω, conscendo. Th. βαίνω, eo.

Ἐπιβαίην, ης, η, conscendam, a. 2. opt. act. quasi ab ἐπίβημι, ab eod. Th.

Ἐπιβαινέμεν, ascendere, Ion. pro ἐπιβαίνειν, præs. inf. act. ab

Ἐπιβαίνω, conscendo, f. ἐπιβήσομαι, p. ἐπιβέβηκα, (a. 2. ἐπέβην, a. 2. part. ἐπιβὰς, ἄντος, à forma ἐπιβῆμι.) Ex ἐπὶ et βαίνω, eo.

Ἐπιβάλης, 2. sing. a. 2. sub act. verbi ἐπιβάλλω, injicio.

Ἐπιβάλλεν, Dor. pro ἐπιβάλλειν, præs. imperat. pass. ab

Ἐπιβάλλω, injicio, immitto, imperf. ἐπέβαλλον, erumpebam, f. ἐπιβαλῶ, p. ἐπιβέβληκα, a. 2. ἐπέβαλον, a. 2. part. act. ἐπιβαλὼν, όντος, p. pass. ἐπιβέβλημαι. Th. βάλλω.

Ἐπιβαλοῦσα, a. 2. part. act. f. g. verbi ἐπιβάλλω,

Ἐπιβαλοῦσι, 3. pl. f. 1. act. et

Ἐπιβαλὼν, a. 2. part. Vide ἐπιβάλλω.

Ἐπιβαρέω, aggravo, f. ήσω, p. ἐπιβεβάρηκα, a. 1. ἐπιβάρησα, a. 1. inf. ἐπιβαρῆσαι. Ex ἐπὶ et βαρέω, idem. Th. βάρος.

Ἐπιβὰς, αντος, conscendens, a. 1. part. act. et in f. g. ἐπιβᾶσα ab ἐπιβαίνω.

Ἐπίβασις, εως, ἡ, invasio, basis: ab eod.

Ἐπιβατεύειν, occupare, usurpare: ab ἐπιβαίνω Th. βαίνω, eo.

Ἐπιβατήρια, ων, τὰ, machinæ ad invadendos muros, et

Ἐπιβατήριος, ου, ὁ ἡ ἡ, scansorius, et

Ἐπιβάτης, ου, ὁ, EPIBATA, vector: ab eod. verbo et Th.

Ἐπιβατὸς, ή, όν, de loco dicitur ad quem patet accessus: ab ἐπιβαίνω, conscendo. Th. βαίνω, eo.

Ἐπίβδα, ἡ, festum Apaturiorum Athenis, dierum quatuor. In nuptiarum festo, primus dies vocabatur γάμοι, secundus ἐπίβδα, tempus, scil. sequens vel futurum. Scap. dicit, quartam et ultimam diem festi cujusdam apud Athenienses, quod ἀπατούρια, vocabant, sic dici, cujus prima dicta est δόρπεια, secunda ἀνάῤῥυσις, tertia κουρεῶτις.

Ἐπιβεβηκὼς, ότος, p. part. act. verbi ἐπιβαίνω, conscendo.

Ἐπιβήμεναι, Æol. vel Dor. pro ἐπιβῆναι, a. 2. inf. act. et

Ἐπιβησέμεν, Ion. pro ἐπιβήσειν, f. 1. infin. act. ejusd.

Ἐπιβήσεο, ascende, præs. imperat. Ion. pro ἐπιβήσου ab ἐπιβήσομαι, quod à fut. formatur contra regulam. Th. βαίνω, eo.

Ἐπιβησόμενος, f. 1. m. part. verbi ἐπιβαίνω.

Ἐπιβήτωρ, ορος, ὁ, Ion. pro ἐπιβάτης, ου, ὁ, inscensor, et epithet. maris fœminam ascendentis.

Ἐπιβιβάζω, impono, facio ascendere, f. άσω, p. ἐπιβεβίβακα, a. 1. ἐπεβίβασα. Ex ἐπὶ, et βιβάω, eo.

Ἐπιβιόω, *supervivo.*

Ἐπιβλέπω, *respicio*, f. ψω, p. ἐπιβέβλεφα, et

Ἐπιβλέψεια, ας, ε, a. 1. opt. act. Æol. verbi ἐπιβλέπω, *intueor.* Th. βλέπω, *video*, f. ψω, p. φα.

Ἐπιβλὴ, ῆς, ἡ, *fibula:* ab ἐπιβάλλομαι, quia *immittitur*, ex ἐπὶ et βάλλω, *jacio.*

Ἐπίβλημα, ατος, τὸ, q. d. *additamentum, panniculus, ornamentum domus:* ab iisd.

Ἐπιβλὴς, ῆτος, ὁ, *obex, pessulus*, eo quod foribus injiciatur: ab ἐπιβάλλω.

Ἐπιβοάω, *vociferor, invoco*, fut. ήσω, p. ἐπιβεβόηκα· ex ἐπὶ et βοάω, *clamo.*

Ἐπιβωθεῖν, præs. inf. act. *suppetias ferre.* Th. βωθέω, *auxilior.*

Ἐπιβόητος, υ, ὁ ϗ ἡ, pro *infami*, apud Anacreont. à βοάω, *clamo, celebro.*

Ἐπιβόλαιον, υ, τὸ, idem quod ἐπίβλημα, q. v.

Ἐπιβολὴ, ῆς, ἡ, *injectio, impositio, vectigal, applicatio intellectûs, impetus, inceptatio:* ab ἐπὶ et βάλλω, *impono.* Th. βάλλω, *jacio.*

Ἐπίβολος, υ, ὁ ϗ ἡ, *compos:* ab eod.

Ἐπιβόσκω, *pasco*, f. βοσκήσω. Th. βόω, -ῶ, f. όσω, et ώσω, idem.

Ἐπιβουκόλιον, υ, τὸ, idem quod simplex βουκόλιον, υ, τὸ, *boum armentum;* sic ἐπιβουκόλος, idem quod βουκόλ☉, *bubulcus.*

Ἐπιβούλευμα, idem quod ἐπιβουλή.

Ἐπιβουλεύω, *insidias struo, animo agito*, f. εύσω, et

Ἐπιβουλὴ, ῆς, ἡ, *insidiæ;* Poët. ἐπιβουλία, et

Ἐπίβουλ☉, υ, ὁ, *insidiator:* ex ἐπὶ, *adversus*, et βουλὴ, *consilium.*

Ἐπιβραδύνω, *cunctor, immoror:* ex ἐπὶ et βραδύνω, *tardo.* Th. βραδὺς, *tardus.*

Ἐπιβραχὺ, *ad breve tempus.* Th. βραχύς.

Ἐπιβρέμω, *adfremo:* ex ἐπὶ et βρέμω, f. μῶ, p. μηκα.

Ἐπιβρέχω, *perfundo, irroro.* Th. βρέχω, q. v.

Ἐπιβρίθειν, præs. inf. act. *ingruere*, et

Ἐπιβρίσῃ, *ingruerit*, 3. sing. a. 1. sub. act. ab ἐπιβρίθω, *impressionem facio*, f. σω, p. κα. Th. βρίθω, *sum gravis.*

Ἐπιβρόντητος, υ, ὁ ϗ ἡ, *attonitus, vesanus, cui tonitrua mentem perculere.* Th. βροντὴ, *tonitru.*

Ἐπιβύω, *obturo:* à βύω, fut. σω, idem.

Ἐπιβώμια, ων, τὰ, *sacrificia.* Th. βωμὸς, *ara.*

Ἐπιβώσασθαι, Ion. et Poët. pro ἐπιβοήσασθαι, *invocâsse*, a. 1. inf. m. verbi βοάω, *clamo;* sic ἐπιβώσωνται, pro ἐπιβοήσωνται, *vocaverint*, 3. pl. a. 1. sub. m.

Ἐπιβωσόμεθα, *invocabimus*, contr. pro ἐπιβοησόμεθα, 1. pl. f. 1. ind. m. à βοάω, *clamo;* sic βώσαντι, pro βοήσαντι.

Ἐπιβωστρεῖν, Dor. pro ἐπιβοᾶν, *invocare:* ab eod.

Ἐπιβώτωρ, ορος, ὁ, *pastor:* ab ἐπιβόσκω, *pasco:* qu. à Th. inus. βόω, idem.

Ἐπιγαμβρεύω, *affinitatis jure duco*, fut. εύσω, p. ἐπιγεγάμβρευκα· a. 1. ἐπιγάμβρευσα· ex ἐπὶ et γαμβρὸς, *gener.*

Ἐπιγαμία, ας, ἡ, *affinitas, jus connubiale*, et

Ἐπίγαμος, υ, ὁ ϗ ἡ, *nubilis:* à γάμ☉, *nuptiæ.* Th. γαμέω.

Ἐπιγάστριον, υ, τὸ, *EPIGASTRIUM, venter exterior.* Th. γαστὴρ, *venter.*

Ἐπιγεγονὼς, ότος, perf. part. m. verbi ἐπιγίνομαι, *supervenio*, quod vide.

Ἐπίγεια, ων, τὰ, *funes quibus navis litori alligatur*, et

Ἐπίγειον, υ, τὸ, apud Mathemat. *apsis ima planetarum*, vulgò *auge;* ἀπογείῳ, opponitur, qu. et

Ἐπίγειος, υ, ὁ ϗ ἡ, et ἐπίγαιος, *terrestris;* τὰ ἐπίγεια, *terrena:* ex ἐπὶ et γέα, ας, ἡ, et contract. γῆ, idem, ac γαῖα, *terra.*

Ἐπιγελάω, -ῶ, f. άσω, *arrideo, illudo, insulto.* Th. γελάω, *rideo.*

Ἐπιγεμίζω, *superimpleo, onero super.*

Ἐπιγενόμενος, υ, a. 2. part. med. verbi ἐπιγίνομαι, *supervenio*, quod vide.

Ἐπίγυια, ων, τὰ, *funes quibus puppis à terrâ religatur:* ab ἐπὶ et γύα, vel γύα, meliùs igitur ἐπίγεια.

Ἐπιγίγνομαι, præs. ind. hinc

Ἐπιγιγνόμενος, præs. part. idem quod

Ἐπιγίνομαι, ῃ, εται, *supervenio, supernascor, succedo*, f. ἐπιγενήσομαι, a. 2. m. ἐπιγενόμην· p. med. ἐπιγέγονα· ex ἐπὶ et γίνομαι, *nascor.*

Ἐπιγινόμενοι, ων, οἱ, *posteri*, ejusd. part. præs.

Ἐπιγινώσκω, *agnosco*, (ἐπιγνώσκω non est in usu), f. ἐπιγνώσομαι p. ἐπέγνωκα· a. 1. ἐπέγνωσα, sequent. sunt à forma ἐπιγνῶμι· a. 2. ἐπέγνων, ως, ω· a. 2. imperat. ἐπίγνωθι a. 2. opt. ἐπιγνοίην· a. 2. sub. ἐπιγνῶ, ῷς, ῷ· a. 2. inf. ἐπιγνῶναι· a. 2. part. ἐπιγνοὺς, όντος· p. pass. ἐπέγνωσμαι, a. 1. pass. ἐπεγνώσθην· ex ἐπὶ et γινώσκω, *cognosco.*

Ἐπιγλωττὶς, seu ἐπιγλωσσὶς, ίδος, ἡ, *lingula*, apud Medic. caruncula palato annexa. Th. γλῶσσα, *lingua.*

Ἐπιγνάμπτω, *inflecto*, f. ψω, p. φα· ἐπίγναμψα, a. 1. Th. γνάμπτω, *flecto.*

Ἐπιγνάμψας, ασα, ejusd. aor. 1. part. act.

Ἐπιγνοίη, 3. sing. a. 2. opt. act. verbi ἐπιγνώσκω.

Ἐπιγνόντες, nom. pl. ab

Ἐπιγνοὺς, όντος, aor. 2. part. act. verbi præced.

Ἐπίγνωθι, aor. 2. imperat. act. ejusd. verbi.

Ἐπιγνωμοσύνη, ῆς, ἡ, *arbitrium, cognitio*, et

Ἐπιγνώμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, *arbiter, judex, intercessor*, et

Ἐπιγνῶναι, *cognoscere*, a. 2. infin. act. et

Ἐπιγνῷς, 2. sing. a. 2. sub. act. ἐπιγνῶ, ῷς, ῷ· ἐπιγνωσθήσομαι, ηι, εται, f. 1. pass. et

Ἐπιγνώσεσθε, 2. pl. f. ἐπιγνώσομαι ab ἐπὶ et γινώσκω, q. v.

Ἐπίγνωσις, εως, ἡ, *agnitio.*

Ἐπίγνωστος, *cognitus:* ab eodem verbo.

Ἐπίγονοι, ων, οἱ, *posteri, filii.* Th. γίνομαι, *sum, fio;* p. m. γέγονα.

Ἐπιγουνίδιος, *genibus impositus* e ab

Ἐπιγουνὶς, ίδος, ἡ, *femur, genu musculus; os quo tegitur genu:* ex ἐπὶ, *super*, et γόνυ, τὸ, *genu.*

Ἐπιγράβδην, *strictim*, adv. ab ἐπιγράφω.

Ἐπίγραμμα, ατος, τὸ, *EPIGRAMMA, inscriptio*, et

Ἐπιγραφεὺς, *quæstor*, et

Ἐπιγραφὴ, ῆς, ἡ, *inscriptio, titulus; indictio; descriptio censûs:* omnia ab

Ἐπιγράφω, *inscribo, subscribo, acceptum refero*, f. ψω, p. ἐπιγέγραφα a. 1. ἐπέγραψα· perf. pass. ἐπιγέγραμμαι· plusq. p. ἐπεγεγράμμην, ψο, πτο· quod ex ἐπὶ et γράφω, *scribo.*

Ἐπιδαίσιος, υ, ὁ ϗ ἡ, *communis:* ab ἐπὶ et δαίω, *partior.*

Ἐπιδάκνω, *mordeo super, pungo:* ab ἐπὶ et δάκνω.

Ἐπιδανείζομαι, *pecuniam iterum sub eadem hypothecâ accipio:* ab ἐπὶ et δανείζομαι, Dem. c. Lacritum.

Ἐπιδαψιλεύσεσθαι, [illegible] præs. inf. act. et m. *liberaliter exhibere*, verbi ἐπιδαψιλεύω. [illegible] Luc. Dial. *quod copiosius exemplum [illegible] productum explices.* Th. δαψιλὴς, ἐος, ὁ ϗ ἡ, *largus, copiosus.* [illegible]

Ἐπίδε, *respice*, a. 2. imperat. act. verbi ἐπεῖδον, *respicio, intueor;* fut.

ἐπεῖδον a. 2. εἶδον, et ἴδον ab εἴδω, *video*.

Ἐπιδεδωκότα, accus. sing. perf. part. act. ἐπιδεδωκώς, ab ἐπιδίδωμι *insuper do, cresco*. ex ἐπὶ et δίδωμι, fut. δώσω, perf. δέδωκα· aor. 2. ἔδων.

Ἐπιδεής, έος, ὁ ἡ, idem quod ἐπιδευής, έος, ὁ ἡ, *indigens*, quod vide.

Ἐπιδείελα, adv. *post meridiem*; malim ἐπὶ δείελα, *circa pomeridianum tempus*: ab

Ἐπιδείελος, ου, ὁ ἡ, *pomeridianus*. Th. δείλη, *tempus pomeridianum*, quod à δέω et ἕλη, *quum solis splendor deficere incipit*.

Ἐπίδειγμα, ατος, τὸ, *indicium, specimen*: ab

Ἐπιδείκνυμι, vel ἐπιδεικνύω, *ostendo, demonstro*; præs. part. ἐπιδεικνύς, ύντος, f. ἐπιδείξω, p. ἐπιδέδειχα· a. 1. ἐπέδειξα· a. 1. imperat. ἐπίδειξον, άτω, et 2. pl. ἐπιδείξατε· a. 1. inf. ἐπιδεῖξαι· præs. part. m. ἐπιδεικνύμενος· ex ἐπὶ et δείκνυμι, *monstro*.

Ἐπιδεικτικός, ή, όν, *demonstrativus, ostentans*: à super. verbo.

Ἐπιδεῖξαι, a. 1. inf. act. ἐπιδείξασθαι, a. 1. inf. m. ἐπιδείξατε, 2. pl. a. 1. imperat. act. ἐπιδείξατο, 3. sing. a. 1. ind. m. ab ἐπιδείκνυμι, q. v.

Ἐπίδειξις, εως, ἡ, *demonstratio, ostentatio, specimen*; acc. sing. ἐπίδειξιν ab ἐπιδείκνυμι.

Ἐπιδέκατος, η, ον, *decimus*; τὸ ἐπιδέκατον, *decima pars*. Th. δέκα, *decem*.

Ἐπιδέξιος, α, ον, *sincerus, elegans, dexter*; ἐπιδέξια χειρὸς, Poët. pro πρὸς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς χειρὸς, *ad dextras partes manûs, dextrâ manu*: ab ἐπὶ et δεξιὰ, *dextera*.

Ἐπιδέομαι, *insuper egeo, indigeo*. Th. δέω, idem.

Ἐπιδέρκεται, *inspicit*, 3. sing. præs. ind. m. ab

Ἐπιδέρκω, *inspicio*: ex ἐπὶ et δέρκω, *video*; fut. 2. δρακῶ· aor. 2. ἔδρακον.

Ἐπιδεύεαι, Ion. pro ἐπιδεύῃ, *absis*, 2. sing. præs. sub. med. verbi ἐπιδεύομαι, *egeo*: ex ἐπὶ et δεύω, pro δέω, *egeo*.

Ἐπιδεύῃς, *egeas*, 2. sing. præs. sub. act. ejusd.

Ἐπιδευής, έος, ὁ ἡ, et ἐπιδεής, *indigens*; nom. plur. ἐπιδευέες, contr. ἐπιδευεῖς· ab ἐπιδεύω, *indigeo*: quod ab

Ἐπιδεύομαι, idem qu. ἐπιδέομαι, *indigeo*: ab ἐπὶ et δεύω, pro δέω, *egeo*.

Ἐπιδευόμενος, ejusd. præs. part. med.

Ἐπιδέχομαι, *excipio*; imperf. ἐπεδεχόμην, ου, ετο· fut. ξομαι, perf. ἐπιδέδεγμαι. Th. δέχομαι, *capio*.

Ἐπιδέω, f. ήσω, et ήσω, *ligo*. Th. δέω.

Ἐπίδηλος, ου, ὁ ἡ, *manifestus*: ab ἐπὶ et δῆλος.

Ἐπιδημεύω, Poët. pro

Ἐπιδημέω, *advena sum, advenio peregrè domum, domi sum, in urbe versor*, f. ήσω, p. ἐπιδεδήμηκα· a. 1. ἐπεδήμησα· a. 1. part. ἐπιδημήσας, αντος, et in acc. ἐπιδημήσαντα· ab

Ἐπιδημία, ας, ἡ, *adventus*, et

Ἐπίδημος, et ἐπιδήμιος, ου, ὁ ἡ, *versans in populo, civilis, domesticus*: ex ἐπὶ et δῆμος, *populus*.

Ἐπιδιαιρέω, -ῶ, f. ήσω, p. ἐπιδιῃρηκα, *distribuo, partior*: ab ἐπὶ et διαιρέω, *divido*.

Ἐπιδιατάσσομαι, *insuper mando* vel *constituo*; item *insuper addo*, f. ξομαι· a. 1. med. ἐπιδιεταξάμην, ω, ατο· ex ἐπὶ, διὰ, et τάσσω, vel -ττω, *ordino*.

* Ἐπιδιατρίβω, f. ψω, p. φα, *tempus tero*: ex ἐπὶ, διὰ, et τρίβω.

Ἐπιδίδωμι, *insuper do, cresco*; ἐπεδίδου, 3. sing. imperf. act. pro ἐπεδίδω, f. ἐπιδώσω, p. ἐπιδέδωκα· a. 1. ἐπέδωκα· a. 2. ἐπέδων· a. 1. pass. ἐπεδόθην, ης, η. Th. δίδωμι, *do*.

Ἐπιδιελόμενοι, *inter se partiti*: ab ἐπιδιαιρέω.

Ἐπιδιζῆσθαι, *inquirere*, verbi ἐπιδίζω, *inquiro*. Th. δίζω, *quaero*.

* Ἐπιδιετής, έος, ὁ ἡ, *qui biennium excessit*; ἐπιδιετεῖς ἡβήσαντες, *biennium ex ephebis egressi*.

Ἐπιδικάζομαι, *hæreditatem peto* vel *jure obtineo; adjudico*: ab ἐπὶ et δικάζω. Th. δίκη.

Ἐπίδικος, ὁ ἡ, *litigiosus, controversus*: ab eod. Th.

Ἐπιδινέω, *in orbem ago, verso*: ex ἐπὶ et δινέω, idem. Th. δίνη, *vortex*.

Ἐπιδινήσας, ejusd. a. 1. part. act.

Ἐπιδιορθόω, -ῶ, *corrigo*, fut. ώσω, perf. ἐπιδιώρθωκα· aor. 1. act. ἐπιδιώρθωσα· a. 1. sub. act. ἐπιδιορθώσω, ῃς, ῃ· a. 1. sub. m. ἐπιδιορθώσωμαι, ῃ, ηται· ex ἐπὶ, διὰ, et ὀρθὸς, *rectus*.

* Ἐπιδιπλασιάζω, *duplico*. Th. διπλάσιος, *duplex*.

Ἐπιδιπλόω, -ῶ, f. ώσω, *duplico*.

Ἐπιδιφριὰς, άδος, ἡ, *locus quidam in curru, pars currûs*, et

Ἐπιδίφριος, ου, ὁ ἡ, *qui sedet* aut *ponitur in curru*; aliquando *otiosus*: ex ἐπὶ et δίφρος.

Ἐπίδιχα, *seorsùm, separatim*, Poët. adv. pro χωρὶς. Th. δὶς, *bis*: hinc δίχα, *seorsùm*.

Ἐπιδίωξον, aor. 1. imperat. act. verbi διώκω.

Ἐπιδόντες, nom. plur. a. 2. part. act. ab ἐπιδίδωμι. Vide ἐπιδίδωμι.

Ἐπίδοξος, ου, ὁ ἡ, *de quo est opinio, futurum*; ut ἐπίδοξος ἦν βασιλεύσειν, *de eo erat opinio, fore ut regnaret*, et

Ἐπίδοξος, pro ἔνδοξος, *celebris, gloriosus*: à δόξα, *opinio, gloria*. Th. δοκέω.

Ἐπιδόξως, adv. *gloriosè*.

Ἐπιδορπὶς, ίδος, ἡ, *cæna secundaria*: ab ἐπὶ et δόρπον.

Ἐπιδόρπιον ὕδωρ, *aqua ad cænam*: ex ἐπὶ et δόρπον, *cæna*.

Ἐπίδος, -ότω, a. 2. imperat. act. verbi ἐπιδίδωμι.

Ἐπίδοσις, εως, ἡ, *accessio, incrementum*: ab eod.

Ἐπιδοῦναι, a. 2. inf. act. ἐπιδούς, a. 2. part. act. ejusd.

Ἐπιδραμόντος, gen. sing. a. 2. part. act. ἐπιδραμοῦσα, nom. f. g. a. 2. part. ab ἐπιτρέχω, *percurro*. Th. τρέχω, fut. θρέξω a. 2. act. ἔδραμον.

Ἐπιδρομὴ, ῆς, ἡ, *incursus, irruptio*, et

Ἐπίδρομος, ου, ὁ, *accessu facilis, planus*: ab ἐπιτρέχω, *percurro*. Th. τρέχω, *curro*, f. ξω, p. δεδράμηκα· p. m. δέδρομα.

Ἐπιδύω, *occido*, f. ύσω ἐπιδυέτω, 3. sing. præs. imperat. Th. δύω, *subeo*.

Ἐπιδῶμεν, 1. plur. a. 2. sub. act. verbi ἐπιδίδωμι.

Ἐπίδωμεν, 1. plur. a. 2. sub. act. ἐπιδώμεθα, 1. pl. a. 2. sub. m. ab ἐπείδω, pro ἐφοράω, *inspicio*.

Ἐπιδὼν, ejusd. a. 2. part. act.

Ἐπιδώσω, εις, ει, f. 1. ind. act. verbi ἐπιδίδωμι, q. v.

Ἐπιείκεια, ας, ἡ, *æquitas, moderatio, clementia, lenitas*: ab ἐπιεικὴς, *æquus*, q. v.

Ἐπιείκελος, ου, ὁ ἡ, *similis*: ab εἴκελος, idem. Th. εἴκω, *similis sum*.

Ἐπιεικεύω, f. εύσω, *mitesco, mitis fio*.

Ἐπιεικὴς, έος, ὁ ἡ, *æquus, decens, consentaneus, qui æquitatem stricto juri præfert; clemens, mansuetus*; ἐπιεικὲς, scil. ἐστὶ, *consentaneum est, decet*.

Ἐπιεικτὸς, ή, όν, *tolerabilis, facilè cedens*.

Ἐπιεικῶς, adv. *æquè, moderatè, clementèr*: ex ἐπὶ et εἴκω, *cedo, similis sum*.

Ἐπιειμένος, *indutus*, pro ἐφειμένος, perf. part. pass. Poët. et in form. ἐπιειμένην ex ἐπὶ et ἕω, vel ἕννυμι, *induo*, f. ἕσω a. 1. ἕσα.

Ἐπιέλπεο, Ion. pro ἐπιέλπου, et ἐφίεσο. Vide ἐφίεμαι.

Ἐπιέλπεο, pro ου, *spera*, præs. imperat. Ion. ab

Ἐπέλπομαι, quod et simplex ἔλπομαι. Poët. pro ἐλπίζω, spero: f. σω, p. ἤλπικα. Th. ἐλπὶς, spes.

Ἐπιέναι, præs. inf. ab ἔπειμι, accedo, vel ἐπίημι, admitto: vel Ion. pro ἐφιέναι. ex ἐπὶ et εἶμι, eo, vel ἵημι, mitto.

Ἐπιέσσασθαι, gem. σ, pro ἐπιέσασθαι, Poët. pro ἐφέσασθαι, a. 1. inf. m. ἐπιεσσάμενος, a. 1. part. m. ab ἐπιέννυμι, f. ἐπιέσω, quod ab ἐπὶ et ἕννυμι, seu ἕω, induo: f. ἕσω, a. 1. m. ἑσάμην.

Ἐπίεσται, 3. sing. perf. pass. ab ἐπιέω, induo: f. 1. ἐπιέσω, a. 1. ἕσα, perf. pass. εἷμαι, et assumpto σ, fit ἐπιεῖσμαι, σαι, σται. Hinc ἐπιέσμαι.

* Ἐπιζαρέω, ήσω, gravo, premo, pro ἐπιβαρέω, Eurip. Phœniss. χ. 45.

Ἐπιζάφελος, ου, ὁ ϗ ἡ, vehemens: et indè

Ἐπιζαφελῶς, adv. graviter: ex ἐπὶ et ζαφελὴς, vehemens, agrestis.

Ἐπιζάω, -ῶ, f. ήσω, sum superstes. Ex ἐπὶ et ζάω.

Ἐπιζευγνύω, vel -υμι, conjungo. Th. ζευγνύω, vel -υμι, jungo: f. ξω.

Ἐπίζευξις, εως, ἡ, conjunctio: EPIZEUXIS, figura, cum dictio in versu, aliis non interjectis, geminatur: à perf. pass. superioris verbi.

Ἐπιζήμιος, ου, ὁ ϗ ἡ, damnosus, noxius: ex ἐπὶ et ζημία, damnum.

Ἐπιζῆν, præs. et ἐπιζῆσαι, supervivere, a. 1. inf. act. Vide ζῆν.

Ἐπιζητέω, requiro, efflagito: f. ήσω, p. ἐπιζήτηκα, a. 1. ἐπεζήτησα. ex ἐπὶ et ζητέω, quæro.

Ἐπίῃ, 3. sing. a. 2. sub. act. ab ἐφίημι, immitto: f. ἐφήσω, Ion. ἐπήσω, a. 2. ἔφεν, et Ion. ἔπεν, hinc a. 2. sub. ἐπίω.

Ἐπίηλε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἐπιάλλω, immitto: quod ex ἐπὶ et ἰάλλω, f. ἰαλῶ, mitto: a. 1. ἦλα.

Ἐπίηρα, amabilia. Vide

Ἐπιήρανος, quasi ἐπιήρατος, τ in ν mutato, et per Sync. ἐπήρατος et ἐπίηρος, ὁ ϗ ἡ, amabilis: ab ἐράω, amo: verso α in η.

Ἐπιησθέντες, Ion. vel Poët. pro ἐφησθέντες, nom. pl. a. 1. part. verbi ἐφήδομαι, gaudeo super aliquâ re: ex ἐπὶ et ἥδομαι, delector. Th. ἡδὺς, suavis.

Ἐπιθαλάμιος, ου, ὁ ϗ ἡ, nuptialis: τὸ ἐπιθαλάμιον, EPITHALAMIUM, carmen nuptiale. Th. θάλαμος, thalamus.

Ἐπιθανάτιος, et ἐπιθανάσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, morti destinatus: ex ἐπὶ et θάνατος, mors. Th. θνήσκω, morior: f. θανοῦμαι, a. 2. ἔθανον.

Ἐπιθεῖναι, inducere: a. 2. inf. act. ἐπιθεὶς, έντος, a. 2. part. ἐπιθεῖτε, per Sync. pro ἐπιθείητε, 2. pl. a. 2. opt. act. ex ἐπὶ et τίθημι, pono: f. θήσω, a. 2. ἔθην.

Ἐπίθεμα, ατος, τὸ, additamentum.

Ἐπίθεσις, εως, ἡ, impositio, invasio: ab ἐπιτίθημι, impono: quod vide.

Ἐπίθετος, ου, ὁ ϗ ἡ, adjectitius, accessarius, impostitius: ἐπίθετον, scil. ὄνομα, apud Grammat. EPITHETUM, adjectivum: ab eod. verbo.

* Ἐπιθέω, incurro, irruo. Th. θέω, curro.

Ἐπιθῇ, ῃς, 3. et 2. sing. a. 1. sub. act. ἐπιθῶ. ab ἐπιτίθημι.

Ἐπιθήκη, ης, ἡ, accessio, additio: et

Ἐπίθημα, ατος, τὸ, operculum, tegmen: ab ἐπιτίθημι, impono. Th. τίθημι.

Ἐπιθήσεται, 3. sing. fut. 1. m. ἐπιθήσομαι, ab eod. verbo et Th.

Ἔπιθι, invade: præs. imperat. ab ἔπειμι, quod ab εἶμι, eo: præs. imperat. ἴθι, ἴτω, a. 2. ἴον.

Ἔπιθμεν, per Sync. pro ἐπίθομεν, 1. pl. a. 2. act. verbi πείθω, persuadeo: f. πείσομαι. et

Ἔπιθον, a. 2. ind. act. ἐπίθοντο, 3. pl. a. 2. m. verbi πείθω, persuadeo: p. m. πέποιθα, perf. pass. πέπεισμαι, f. 1. pass. πεισθήσομαι.

Ἐπιθρασύνω, audacem reddo: ex ἐπὶ et θράσος, εος, τὸ, audacia: per Metath. pro θάρσος, εος, τὸ, idem.

Ἐπιθρέξας, 2. sing. a. 1. ind. act. Ion. ab ἐπιτρέχω, percurro, incurro. Th. τρέχω, f. θρέξω, p. δεδράμηκα, a. 2. ἔδραμον.

Ἐπιθρώσκουσα, insiliens: præs. part. f. g. ab ἐπιθρώσκω, insilio, subsulto. Th. θρώσκω, salto.

Ἐπιθυμέω, concupisco, desidero: imperf. ἐπεθύμεον, ουν, εις, ει, fut. ήσω, p. ἐπιτεθύμηκα, a. 1. ἐπεθύμησα, a. 1. inf. act. ἐπιθυμῆσαι. Hinc

Ἐπιθυμητὴς, οῦ, cupidus: ex ἐπὶ et θυμὸς, animus. et

Ἐπιθύμημα, ατος, τὸ, et ἐπιθύμησις, εως, ἡ, necnon

Ἐπιθυμία, ας, ἡ, concupiscentia, cupiditas, desiderium, libido.

Ἐπιθύω, f. ύσω, p. κα, cum impetu feror in aliquem, immolo: ex ἐπὶ et θύω, idem.

Ἐπίθωνται, 3. pl. a. 2. sub. m. ab ἐπιτίθημι, impono: a. 2. m. ἐπεθέμην. Th. τίθημι, pono.

* Ἐπικάθημαι, insideo: τραπεζῆς, insidens mensæ, ut mos fuit nummulariorum.

Ἐπικαθίζω, colloco: f. ίσω, p. ἐπικεκάθικα, a. 1. ἐπεκάθισα, a. 1. pass. ἐπικαθισθεὶς, έντος: ex ἐπὶ et καθίζω, sedere facio. Th. ἵζω, f. ἵσω, idem, sedeo.

Ἐπικαθίσαντος, gen. sing. a. 1. part. act. ejusd.

Ἐπικαίριος et ἐπίκαιρος, ου, ὁ ϗ ἡ, tempestivus, opportunus. Th. καιρὸς, tempus.

Ἐπικαλέομαι, οῦμαι, invoco, appello: item cognominor: f. έσομαι, p. ἐπικέκλημαι, plusq. p. ἐπικεκλήμην, σο, το, a. 1. m. ἐπεκαλεσάμην, ω, ατο, a. 1. sub. m. ἐπικαλέσωμαι, η, ηται, a. 1. pass. ἐπεκλήθην, a. 1. part. pass. ἐπικληθεὶς, εῖσα, ὲν: ex ἐπὶ et καλέω, voco.

Ἐπικαλεύμενα χρήματα, pecuniæ, quas quis alicui eripuit, et propter quas earum dominus conqueritur: ex ἐπικαλέομαι, quod vide.

Ἐπικάλυμμα, ατος, τὸ, velamen: ab

Ἐπικαλύπτω, contego, obscuro: ex ἐπὶ et καλύπτω, tego: f. ψω, p. φα, perf. pass. κεκάλυμμαι, a. 1. pass. ἐκαλύφθην.

Ἐπικάμπτω, seu ἐπιγνάμπτω, inflecto, persuadeo: f. ψω. Th. κάμπτω, flecto.

Ἐπικάρσιος, α, ον, idem quod Th. κάρσιος, obliquus.

Ἐπικατακλύσαι, a. 1. inf. act. Vide in κατακλύζω, inundo.

* Ἐπικαταλαμβάνω, supervenio, immineo. Th. λαμβάνω.

* Ἐπικαταπλέω, adnavigo. Th. πλέω.

Ἐπικαταράομαι, maledico, et

Ἐπικατάρατος, ου, ὁ ϗ ἡ, execrabilis: ex ἐπὶ et κατάρατος, diris devotus. Th. ἀρὰ, ας, ἡ.

Ἐπίκαυτος, ὁ ϗ ἡ, præustus. Th. καίω, uro: f. καύσω.

Ἐπίκειμαι, incumbo, insto, urgeo: 3. pl. ἐπικείαται, imperf. ἐπεκείμην, σο, το, præs. inf. ἐπικεῖσθαι, præs. part. ἐπικείμενος, f. ἐπικείσομαι. Th. κεῖμαι.

Ἐπικεῖσθαι, præs. inf. ἐπικείσθω, 3. sing. præs. imperat. verbi ἐπίκειμαι, qu. vide.

Ἐπικεκλημένος, perf. part. pass. verb. ἐπικαλέομαι, invoco: quod vide.

Ἐπικερδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, quæstuosus. Th. κέρδος, εος, τὸ, lucrum.

Ἐπικερτομέω, f. ήσω, p. ηκα, verba profero mordacia, ac quasi aur proscindentia. Vide in κερτομέω.

Ἐπικερτομέοισα, Dor. pro ἐπικερτομοῦσα, præs. part. act. f. g. ab eod. verbo.

Ἐπικεύσω, celabo: fut. 1. ind. act. verbi ἐπικεύθω, quod ex ἐπὶ et κεύθω, occulto: fut. κεύσω, perf. κέκευθα.

'Επικήδιον, ου, τὸ, *EPICEDIUM*: ab

'Επικήδειος, ου, ὁ ϗ ἡ, *funebris*: ab ἐπὶ et κῆδος, *cura*, *funus*.

'Επικηρυκεύεσθαι, *per praconem aliquid agere*. Th. κῆρυξ, *praco*.

'Επικηρύσσειν ἀργύριον τινὶ, *caput alicujus pecunia licitari*. ab

'Επικηρύσσω, vel -ττω, f. ξω, p. χα, *per praconem denuntio, edicto pronuntio*: ex ἐπὶ et κηρύσσω, vel -ττω, *promulgo*. Th. κῆρυξ, υκος, ὁ, *praco*.

'Επικίδνημι, f. σω, *diffundo super*: quod à κίδνημι, seu κιδνάω, hoc autem à σκιδάω, *dispergo*.

'Επικίνδυνος, ου, ὁ ϗ ἡ, *periculosus*. Th. κίνδυνος, *periculum*.

'Επικινέω, f. ήσω, p. ηκα, *commoveo*: à κινέω.

'Επικίρνασθαι, *misceri*, præs. inf. act. à κιρνάω, vel κίρνημι, idem quod κεράννυμι, *misceo*.

'Επικλέπτω, *furor*: f. ψω. Th. κλέπτω, *furor*: fut. ψω, p. m. κέκλοφα.

'Επικληθεὶς, εῖσα, ὲν, a. 1. part. pass. ab ἐπικαλέομαι, *invoco*: quod vide.

'Επίκληρος, ου, ἡ, *ad quam universa hæreditas pertinet*, *locuples*: ex ἐπὶ et κλῆρος, *sors*.

'Επικλήρῳ, ejusd. dat. sing.

'Επικλῆσαι, a. 1. inf. act. ἐπικλήσας, a. 1. part. per Sync. ab ἐπικαλέω, *appello*: f. έσω, p. ἐπικέκληκα. ex ἐπὶ et καλέω, *voco*.

'Επίκλησις, εως, ἡ, *cognominatio*, *invocatio*: ab eod. verbo. Th. καλέω, *voco*: p. pass. κέκλημαι, σαι.

'Επίκλητος, ου, ὁ ϗ ἡ, *accersitus*: ex ἐπὶ et καλέω.

'Επίκλινον, a. 1. imperat. act. vide κλίνω.

'Επίκλοπος, ου, ὁ ϗ ἡ, *furax*: item *subdolus*: ab ἐπὶ et κλέπτω, f. ψω, *furor*: p. m. κέκλοφα.

'Επικλύζω, *proluo*, *inundo*. quod ex ἐπὶ et κλύζω, f. σω, *abluo*: a. 1. ἔκλυσα. p. κέκλυκα.

'Επίκλυστος, η, ον, *aquis irriguus*: à præced.

'Επικλύσασα, a. 1. part. act. f. g. ejusd.

'Επικλώθω, f. ώσω, p. ωκα, *neo*, *fatalia flamina duco*: ex ἐπὶ et κλώθω, *neo*: f. κλώσω.

'Επικοιμάομαι, -ῶμαι, f. ήσομαι, *obdormisco*, *incubo*: à κοιμάω, q. v.

'Επίκοινον, (scil. γένος) *EPICOENUM* apud Grammat. item adverbialitèr *in commune*: n. g. ab

'Επίκοινος, ου, ὁ ϗ ἡ, *communis*, *promiscuus*. Th. κοινὸς, *communis*.

'Επικοινωνέω, f. ήσω, *communico*, *sum communis*: ab eod.

'Επικοσμέω, f. ήσω, p. κα, *exorno*, *excolo*: à κοσμέω, q. v.

'Επικούρειος, ου, *EPICUREUS*, nomen Sectæ ab Epicuro philosopho infami. ab ἐπίκουρος, *auxiliator*.

'Επικουρέω, f. ήσω, *auxilior*, *auxilio venio*: f. ήσω. ab eod. Th.

'Επικουρῆσαι, *auxilium præbere*: ejusd. a. 1. inf. act. et ἐπικουρήσαντα, *auxiliantem*: acc. sing. a. 1. part. act.

'Επικουρία, ας, ἡ, *auxilium*, *remedium*: ab

'ΕΠΙ'ΚΟΥΡΟΣ, ου, ὁ ϗ ἡ, *auxiliator*, *auxiliatrix*; ab ἐπὶ et κοῦρος, quod juvenum sit belligerare.

'Επικουφίζω, εις, ει, f. σω, p. ἐπικεκούφικα, *allevo*: præs. ind. ex ἐπὶ et κουφίζω, *levo*. Th. κοῦφος, ου, *levis*.

'Επικράανον, Poët. pro ἐπικράηνον, quod vide.

'Επικραίνω, *perficio*: f. ανῶ, a. 1. ἐπέκρηνα. q. ex ἐπὶ et κραίνω, f. νῶ, *effectum reddo*.

'Επικρᾶναι, *capite annuisse*: ejusd. a. 1. inf. act. et ἐπικρανεῖς, a. sing. f. 1. ind. act.

Ἐχέτλη, ης, ἡ, stiva, παρὰ τὸ ἔχεσθαι, quia manu tenetur. Th. ἔχω, teneo.

Ἔχετος, ου, ὁ, nomen propr.

Ἔχευα, effudi, et in 3. pl. ἔχευαν, a. 1. ind. act. verbi χέω, fundo, f. χεύσω, a. 1. ἔχευσα, ἔχευα, et ἔχεα.

Ἐχεύατο, effudit, 3. sing. a. 1. ind. m. ab ἔχευα, a. 1. act. quod vide.

Ἐχέφρονες, nom. pl. οἱ ϗ αἱ, et

* Ἐχεφρόνως, adv. prudenter: ab

Ἐχέφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, cordatus: ex ἔχω, habeo, et φρὴν, mens.

Ἔχηρα, a. 1. ind. act. verbi χαίρω, gaudeo, f. χαρῶ.

Ἔχῃς, habeas: 2. sing. praes. sub. act. verbi ἔχω.

Ἔχθαιρ', pro ἔχθαιρε, odio prosequere: praes. imperat. act. ab ἐχθαίρω. Th. ἔχθος, odium.

Ἐχθαίρῃ, oderit: 3. sing. praes. sub. act. ejusd.

Ἐχθαίροντι, Dor. pro ἐχθαίρουσι, odio prosequuntur, 3. pl. praes. ind. act. ab

Ἐχθαίρω, f. αρῶ, a. 1. ἤχθηρα, odio prosequor. Th. ἔχθος, odium.

Ἔχθει, oderit: 3. sing. praes. ind. act. ab ἔχθω, odio prosequor, quod ab eod. Th.

Ἐχθὲς, idem quod χθὲς, heri: adv. q. ab ἔχομαι, adhaereo.

Ἐχθήρειε, inimicus sit: 3. sing. a. 1. opt. act. Æol. pro ἐχθήραι, verbi ἐχθαίρω.

Ἐχθήρω, odio habeam: a. 1. sub. act. ejusd.

Ἐχθήσομαι, inimicus ero: f. 1. m. verbi ἐχθάνομαι, tanq. ab ἐχθέομαι. Th. ἔχθος.

Ἔχθιστος, ίστη, ιστον, inimicissimus: superlat. grad. ab ἐχθρὸς, invisus, comp. ἐχθίων, superl. ἔχθιστος, ab eod. Th.

Ἐχθοδοπέω, -ῶ, f. ήσω, altercor, invisus fio, sum odio: ab

Ἐχθοδοπὸς, οῦ, odiosus, invisus: quasi ἐχθωπὸς, Pleonasm. τοῦ δ, ab ἔχθος, odium, et ὄψ, ὀπὸς, ἡ, visus, seu vox, quem aspicere aut colloqui est nobis odiosum. Th. ὄπτομαι, video. Quid si ab ἔχθος et δουπέω, ut sit odium resonans, abiens in convitia?

ΕΧΘΟΣ, εος, τὸ, odium, inimicitia: q. ab ἔχομαι, abstineo, desino: ut amor ὁμιλίας mater, ita odium τοῦ σχέσθαι.

Ἔχθρα, ας, ἡ, inimicitia: et

Ἐχθραίνω, odi, odio prosequor, invisum reddo: et

Ἐχθρεύω, inimicus sum: et

Ἐχθρὸς, ὰ, ὸν, inimicus, a, um: ab ἔχθος, εος, τὸ, odium.

Ἐχθρότατος, ου, ὁ, inimicissimus: Poët. pro ἔχθιστος, superl. à praeced.

Ἔχιδνα, ης, ἡ, vipera, fœmina: ab ἔχις. Est et nomen mulieris.

Ἐχίδνιον, ου, τὸ, viperula, seu catulus viperæ: dimin. ab ἔχις.

ΕΧΙΝΟΣ, ου, ὁ, ECHINUS, qui terrestris est, et erinaceus etiam appellatur, et marinus; à spinis quas ἔχεται. Est et venter medius in animalibus ruminantibus, ob asperitatem echino similem: item ollæ genus.

Ἐχιόδηκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, morsus (vel ictus) à vipera: ab ἔχις et δηκτὸς, quod à 3. sing. perf. ind. pass. verbi δάκνω.

ΕΧΙΣ, εως, vel ιος, ὁ, ANGUI[S], vipera mas. hinc ἔχιδνα, ης, ἡ, vipera fœmina. ἐχίδνιον, ου, τὸ, viperula.

Ἔχμα, ατος, τὸ, retinaculum, fultura, idem quod ὄχμα. Th. ἔχω, teneo.

Ἔχοιεν, 3. pl. praes. opt. act. verbi ἔχω, habeo, q. v.

Ἔχοισα, Dor. pro ἔχουσα, habens, praes. part. act. f. g. ab ἔχω.

Ἐχόλωσε, ad iram commovit, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi χολόω. Th. χολὴ, bilis.

Ἔχομεν, 1. pl. praes. ind. act. verbi ἔχω, habeo.

Ἐχομένη, ης, ἡ, dies, perendinus q. d. cohaerens crastino. Th. ἔχομαι, seu ἔχω.

Ἐχόμενος, hesternus, proximus, contiguus, ἐχόμεναι κωμοπόλεις, Marc. 1. 38. vici vicini, Hebraismus sec. Ham. At sic Xenoph. ad fact. et dict. Socr. l. iii. Exped. Cyri, l. 1. Isocr. de permutatione.

Ἔχον, pro εἶχον, 1. sing. vel 3. pl. imperf. ab ἔχω, habeo.

Ἔχοντ', pro ἔχοντα, acc. sing. m. g. part. praes. act. ejusd. verbi. ἔχοντι, Dor. pro ἔχουσι, habent.

Ἐχόντων, Att. pro ἐχέτωσαν, gen. pl. part. praes. act. pro 3. pl. praes. imperat. verbi ἔχω.

Ἐχορτάσθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass. verbi χορτάζω, herbis pasco, saturo, f. άσω, p. κεχόρτακα. Th. χόρτος, gramen.

Ἔχουσ', pro ἔχουσι, habent, 3. pl. praes. act. ab ἔχω.

Ἔχραον, a. 2. act. verbi χραύω, leviter saucio: ut ... Alii volunt esse imperf. à χράω, polluo, commodo, vaticinor. Vel per Tmesin. pro ἐξέχραον.

Ἔχρην, imperf. à χρὴ, oportet, impersonale, infin. χρῆναι.

Ἐχρησάμεθα, 1. pl. a. 1. ind. m. ἐχρησάμην, ω, ατο, verbi χράομαι, utor, f. χρήσομαι, p. κέχρημαι. Th. χράω, commodo.

Ἐχρήσθην, ης, η, et in 3. pl. ἐχρήσθησαν, a. 1. ind. pass. verbi χράω, oracula edo.

Ἐχρῆτο, Ion. pro ἐχρᾶτο, 3. sing. imperf. verbi χράομαι. Vide ἐχρησάμεθα.

Ἔχριε, unxit, 3. sing. imperf. act. à χρίω, ungo, f. ίσω, p. κέχρικα.

Ἔχρισε, 3. sing. a. 1. ind. act. ejusd.

Ἐχρόνισα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi χρονίζω, moror, quod vide.

Ἐχρέωντο, Poët. pro ἐχρῶντο, 3. pl. imperf. pass. verbi χράομαι, utor. Th. χράω.

'Εχύθη, 3. sing. a. 1. indic. pass. verbi χύω, vel χέω, fundo.

'Εχύθην, ης, η, effusus sum, a. 1. ind. pass. ejusd. verbi.

'Εχύμην, et in 3. plur. ἐχύντο, 1. sing. et 3. pl. plusq. p. pass. Ion. pro ἐκεχύμην, et ἐκέχυντο, ablato augmento, verbi χύω, f. χύσω, p. pass. κέχυμαι.

'ΕΧΥΡΟ'Σ, ᾶ, munitus, firmus, tutus; ὀχυρὸς, ᾶ, idem: qu. ab ἔχω, firmiter teneo.

'Εχυρόω, -ῶ, munio, firmo, et

'Εχυρῶς, adv. tuto, firmè: ab ἐχυρός.

"ΕΧΩ, habeo; possum; ago; impetro; administro, guberno; affectus sum; præs. opt. ἔχοιμι, et in 3. pl. ἔχοιεν· imperf. εἶχον, ες, ε (ε recipiens loco augmenti) f. ἕξω, et σχήσω, ab inus. σχέω· p. ἔσχηκα· a. 2. ἔσχον, ες, ε a. 2. imperat. σχές· a. 2. sub. σχῶ, ῇς, ῇ, cum adv. adject. vel participio pro verbo, καλῶς ἔχειν, gaudere; τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει, contumelia alterum afficit; ἔχον ἄσυχος, tacui, Eurip. Supplic. 305. ἐχόμενα σωτηρίας, Heb. vi. 1. saluti vicina; σωτηρίαν ἔχειν, Soph. Aj. 540. adesse. Hinc δᾳδοῦχος, facem habens.

"Εχωντι, Dor. pro ἔχωσι, habeant, 3. pl. præs. sub. ab ἔχω.

'Εχώρει, 3. sing. imperf. act. verbi χωρέω, capio, accedo, eo.

'Εχώσατο, iratus est, 3. sing. a. 1. ind. m. verbi χώομαι, f. χώσομαι, a. 1. part. m. χωσάμενος. Th. χολὴ, bilis.

'Εχώσθην, ης, η, aggestus fui, a. 1. ind. pass. verbi χόω· unde χωννύω, vel χώννυμι, fut. χώσω. Th. χέω, terrâ aggestâ obruo.

'Εψαφάλατο, 3. sing. a. 1. ind. m. verbi ψαφάλλω, tracto, contrecto turpiter: q. à ψάω, tango.

'Εψάλαται, Ion. pro ἐψαλμένοι εἰσὶ, 3. plur. perf. ind. pass. verbi ψάλλω, psallo, tango leniter, f. -λῶ, p. ἔψαλκα.

"Εψαυσε, tetigit, 3. sing. a. 1. ind. m. verbi ψαύω, tracto.

"Εψεαι, pro ἕψῃ, 2. sing. fut. 1. ind. m. verbi ἕπομαι, sequor. Th. ἕπω, idem.

"Εψειν, et Ion. et Poët. ἑψέειν, præs. inf. act. ab ἕψω, coquo.

"Εψεται, 3. sing. f. 1. ind. med. et ἕψεσθαι, f. 1. infin. med. verbi ἕπομαι, sequor.

'Εψεύδετο, 3. sing. imperf. pass. à ψεύδομαι. Th. ψεύδω, fallo.

'Εψεύσθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass. à ψεύδω, fallo, f. σω· a. 1. ἔψευσα· hinc ἐψεύσω, 2. sing. a. 1. ind. m.

'Εψηλάφησα, ας, ε, a. 1. verbi ψηλαφάω, contrecto, q. v.

"Εψημα, ατος, τὸ, pulmentum, et

"Εψησις, εως, ἡ, coctio, elixatio;

'Εψητὴς, ᾶ, ὁ, coctor, et

'Εψητὸς, ᾶ, coctus; item subst. pisciculus quidam: omnia à p. pass. verbi ἕψω, coquo.

'Εψία, ας, ἡ, colloquium. Th. ἔπω, dico.

'Εψιάασθαι, Poët. Pleonasm. pro ἐψιᾶσθαι, dixisse, verbi ἐψιάω, quod formant ab ἔψω, fut. verbi ἔπω, dico.

'Εψιθυρίσδομεν, Dor. pro ἐψιθυρίζομεν, 1. pl. imperf. act. verbi ψιθυρίζω, susurro. Th. ψίθυρος, susurrus.

'Εψιόωντο, Poët. et Ion. pro ἐψιῶντο, qu. pro ἐψιάοντο, 3. pl. imperf. verbi ἐψιάομαι, colloquor. Th. ἔπω, dico.

'Εψυχαγώγει, 3. sing. imperf. act. verbi ψυχαγωγέω, animum flecto seu allicio: ex ψυχὴ, anima, et ἄγω, duco.

"Εψυχον, imperf. act. à ψύχω, refrigero, f. ξω.

"ΕΨΩ, coquo, f. ἑψήσω, p. κα.

"ΕΩ, fut. ἔσω, induo; item mitto, colloco: undè ἀμφιέννυμι, circuminduo.

"ΕΩ, f. ἔσομαι, sum, eo.

"Εω, ἧς, ἧ, miserim, a. 2. sub. Poët. pro ὦ, ᾗς, ab ἵημι, mitto, f. ἥσω· a. 2. ἧν.

"Εω, acc. sing. ab ἕως, aurora.

"Εω, ῃς, ῃ, sim, sis, sit, Poët. pro ὦ, ᾖς, ᾖ, præs. sub. verbi εἰμί, sum.

'Εῷ, suo, dat. sing. ab ἑὸς, ή, ὸν, suus, a, um. Th. ὅς, qui.

'Εῶ, contractè pro ἐάω, sino, fut. ἐάσω, p. εἴακα.

"Εωγα, aperui, p. med. Att. pro ὦγα, verbi οἴγω, aperio, f. ξω.

"Εωγμαι, patefactus sum, perf. ind. pass. Att. ἐωγμένος, perf. part. pass. ejusd.

'Εωγυῖα, aperta, perf. part. m. f. g. ab ἔωγα, Att. pro ὦγα, præt. med. verbi οἴγω, p. m. part. Att. ἐωγώς.

'Εώη, Att. pro ἐῷ, q. pro ἐάοι, 3. sing. præs. opt. act. verbi ἐάω, -ῶ, sino.

"Εωθα, p. med. Æol. et Ion. pro εἴωθα, solitus sum, ab ἔθω, soleo; p. m. part. εἰωθὼς, υῖα, ὸς, et Ion. ἐωθὼς, ότος. Th. ἔθος, mos.

"Εωθεν, adv. manè, diluculo: ab ἕως, aurora.

* 'Εωθινὸς, ἡ, ὸν, matutinus, ἐξ ἑωθινᾶ, à mane.

'Εώθουν, pellebant, imperf. act. Att. pro ὤθουν, -ων, verbi ὠθέω, f. ὠθήσω, et ὤσω.

'Εώκειν, similis eram, plusq. p. m. Poët. et Att. p. m. ἔοικα, verbi εἴκω p. m. οἶκα, et ἔοικα.

"ΕΩΛΟΣ, ᾶ, ὁ ἡ, ἡ, hesternus, pridianus: q. ex ἕως et ὀλλύω, quod est perditæ seu præteritæ diei: propriè dicitur de cibus relictis per Metath. pro marcido, et obsoleto.

'Εώλπειν, speraveram, plusq. p. m. Poët. et Att. pro ἤλπειν, verbi ἔλπω, sperare facio; p. m. ἔολπα.

'Εῶμεν, Poët. pro ὦμεν, 1. pl. a. 2. sub. act. ab ἵημι, pro ἕω, significante πληρόω, impleo.

'Εῷμι, sinerem, contractè pro ἐάοιμι, verbi ἐάω, sino, f. ἐάσω, p. εἴακα.

'Εὼν, qui est, Poët. vel Ion. pro ὤν, præs. part. verbi εἰμί, sum.

"Εων, contractè pro ἔαον, vel pro εἴων, Ion. sinebam, imperf. act. verbi ἐάω, sino; a. 1. εἴασα.

'Εώνημαι, emi, perf. Att. pro ὤνημαι hinc ἐωνήθην, a. 1. indic. pass. verbi ὠνέομαι, emo.

'Εωνούμην, emebam, Att. pro ὠνούμην, et ἐωνοῦντο, 1. sing. et 3. plur. imperf. pass. verbi ὠνέομαι, emo, f. ὠνήσομαι.

'Εῳνοχόουν, vinum fundebam, Att. pro ᾠνοχόουν, imperf. act. verbi οἰνοχοέω, f. ήσω· ex οἶνος, vinum, et χέω, fundo, f. χεύσω.

'Εῷος, α, EOUS, matutinus, orientalis; ἑῴα, oriens: ab ἕως, aurora.

"Εωξα, aperui, Att. pro ὦξα, a. 1. act. verbi οἴγω, aperio.

'Εώρα, intuebatur, 3. sing. imperf. act. Att. pro ὥρα, verbi ὁράω, video; sic ἑώρακα, pro ὤρακα, perf. Att. ἑωρακὼς, p. part. ἑωράκαμεν, 1. pl. perf. ind. act.

'Εώρα, ας, ἡ, pro αἰώρα, suspendium; vas pensile. Th. αἰωρέω, suspendo.

'Εώργειν, feceram, plusq. p. med. Poët. et Att. à p. m. ἔοργα, verbi ἔρδω, seu potiùs ῥέζω, facio, f. ῥέξω, et per Metath. ἔρξω· p. m. ἔορξα, et per Metath. ἔοργα.

'Εώρταζον, celebrabam festum, imperf. verbi ἑορτάζω. Th. ἑορτὴ, festum.

'Εώρων, pro ὥρων, videbam, imperf. Att. act. verbi ὁράω.

"Εως, et Poët. εἵως, idem quod ὡς ex quo factum est per Att. Pleonasm. τῶ ε, ut, dum, usque, interim, cum genetivo; item sine casu, rarius cum subjunct. non addatur ἄν.

"Εως, ω, ἡ, aurora; in acc. ἕω, apud oratores pro ἠὼς, -όος, et contractè -ῦς, idem. Æolicè αὔως.

"Εωσα, repuli, Att. pro ὦσα, a. 1. act. et

'Εωσάμην, et in 3. plur. ἐώσαντο, a. 1. ind. Att. verbi ὠθέω, pello, f. ὤσω.

'Εώσθην, *rejectus sum*, a. 1. indic. pass. Att. pro ὤσθην ἴωσμαι, perf. Att. pro ὦσμαι, verbi ὠθέω, fut. ὤσω.

"Εωσι, et ἔωσιν, Ion. pro ὦσι, *sint*, 3. pl. præs. sub. ab εἰμὶ, *sum*.

"Εωται, Att. pro ὦσται, 3. sing. p. pass. Vide ἐώσθην.

"Εωσι, pro ὥστε, *ut*, *ita ut*: ab ὡς et τε.

'Εωσφόρος, ου, *lucifer*: ab ἕως, pro ἠὼς, *aurora*, et φέρω, f. οἴσω.

'Εωϋτοῦ, *sui ipsius*, Ion. pro ἑαυτοῦ, vel pro σεαυτοῦ, *tui ipsius*, et

'Εωϋτῷ, pro ἑαυτῷ· sic ἑωϋτῇ, Ion. pro ἑαυτῇ, *sibi*.

Z.

Z, SEXTA apud Græcos litera, in numeris est septenarius, quia in arithmetico alphabeto, inter ε et ζ, interponitur ς, pro senario. Septenarium millenarium denotat ι subscripto.

Z, Dor. in plerisque nominibus ac verbis, in σδ resolvitur; ut μελίσδομαι, pro μελίζομαι.

Ζα, in compos. ἐπίτασιν significat, ut λίαν, et ἄγαν, *valdè*, *admodum*; Æolicè etiam ponitur pro διὰ, ut ζαβάλλειν, ζάβολος, pro διαβάλλειν et διάβολος. Est etiam ζᾶ, pro ζῆθι, 3. sing. præs. act. à ζάω, *vivo*, q. v.

Ζαβαρῆον, *repositorium*. Vide *Zabaria*, in Lat. Etymol.

Ζάβη, ης, ἡ, *lorica*: ex ζαβοῖς, *annulis*. Vide *Zaba*, in Lat. Etymol.

Ζαβὸς, *curvus*, ἀγκύλος, σκολιός.

Ζαβουλὼν, ὁ, nomen viri, indecl. Heb. interpr. Lat. *cohabitatio*.

ZA'ΓΚΛΗ, ης, ἡ, vel ζάγκλον, apud Siculos est *falx*, per Sync. dici volunt q. ζάγκυλον, à ζα et ἀγκύλον. Indè Angl. SICKLE.

Ζαεὶς, præs. part. act. à ζάημι, Poët. idem ferè quod ἄω, *flo*, *spiro*. Th. ἄω, idem.

Ζαὴς, έος, ὁ ἡ, *vehementèr flans*: ab ἄω, ἄημι, *flo*, *spiro*, et ζα, in composit. *valdè*.

Ζαθέοιν, gen. et dat. dual. Ion. vel Poët. à

Ζάθεος, ου, ὁ ἡ, *valdè divinus*; in acc. fœm. g. ζαθέην, plur. ζαθέας· ex ζα, particula intens. et Θεὸς, *Deus*.

Ζαῖεν, *vixissent*, per Sync. pro ζαίησαν, 3. plur. præs. opt. ζαίην, ης, η à ζῆμι, pro ζάω, *vivo*; inf. ζῆν, pro ζᾷν.

Ζάκανον, *adscriptio dati in literis*, Suid. Vide *Sacanum*, in Lat. Etymol.

Ζακυνθίδες, vel ζακυνθίδες, *rapæ*, vel *cucurbitæ*; etiam ζακυνθίδες, ab insulâ Zacyntho.

Ζάκοτος, ου, ὁ ἡ, *furiosus*, *valdè iracundus*: ex ζα et κότος, *ira vetus*.

Ζακχαῖος, αίου, ὁ ἡ, nomen viri, Syriac. *justus*.

Ζαχαρίας, ου, ὁ, nomen viri, Heb. interpr. Lat. *memoria Domini*.

Ζάκχος, ου, ὁ, *gazophylacium*; an γαζζάκχος, legend. vox ab Hebræis retenta?

ZA'ΔΕΙΑ, ας, ἡ, *ZALIA*, *laurus Alexandrina*; an à Θάλλω;

Ζαλοῦ, Dor. pro ζηλοῦ, præs. imperat. pass. à ζηλόω, *æmulor*. Th. ζῆλος, *æmulatio*.

ZA'ΛΗ, ης, ἡ, *turbo*, *procella*: à ζα et ἄελλα, vel à ζέω.

Ζάλος, ου, ὁ, *agitata aqua et fluctuans*: à præced.

Ζαλόω, Dor. pro ζηλόω, *æmulor*, *beatum prædico*. Th. ζῆλος.

Ζαλωτὸς, Dor. pro ζηλωτὸς, *æmulandus*, q. v.

Ζαμβακίλαιον, ου, τὸ, *oleum è baccis olivarum*; an à *samsa*, qui nucleus olivarum?

Ζαμενέω, f. ήσω, *magnâ vi ago*, *vires*, *intendo*: à

Ζαμενὴς, έος, ὁ ἡ, *vehemens*, *validus*; ὁ μέγα μένος ἔχων, *magnanimus*, *valdè iracundus*; ex ζα et μένος, τὸ, *mens*, *robur*.

Ζαμένησε, *vires intendit*, 3. sing. a. 1. ind. act. Ion. verbi ζαμενέω.

Ζὰν, ζάνος, Dor. pro ζὴν, quod pro Ζεὺς, *Jupiter*, gen. Διὸς, quasi à ζάω, *vivo*, qui dat omnibus vitam.

Ζανὼ, όος, -οῦς, ἡ, *JUNO*: à præced.

Ζάπλουτος, ου, ὁ ἡ, *prædives*: à ζα et πλοῦτος, *divitiæ*.

Ζαρὰ, ὁ, nomen viri indecl. Heb. *ortus*.

Ζαργάνη. Vide σαργάνη.

Ζαροβοτάνα, ης, ἡ, *machina quædam bellica*.

Ζατεῦσα, Dor. pro ζητοῦσα, præs. part. act. f. g. verbi ζητέω, *quæro*, f. ήσω, p. ἐζήτηκα.

Ζατέω, *quæro*, Dor. pro ζητέω.

Ζατρεύω, *in pistrino torqueo*: ex ζα et τρέω, *timeo*, vel τείρω, *tero*.

Ζατρεφὴς, έος, ὁ ἡ, *saginatus*, *pinguis*: ex ζα Epitat. et τρέφω, *nutrio*, f. ψω, a. 2. ἔτραφον.

Ζατρίκιον, ου, τὸ, *genus lusûs*; ζατρικίζειν, *ludere zatricium*; an ludos facchorum qui tremendam militiam pingit? quod à ζα et τρέειν.

ΖΑΦΕΛΗ'Σ, ὁ ἡ, *simplex*; *durus*, *agrestis*, *vehemens*: qu. ex ζα et ἀφελὴς, *simplex*.

Ζαφελῶς, adv. *valdè simpliciter*, *iracundè*: a præced.

Ζαφλεγὴς, έος, ὁ ἡ, *valdè urens*, *florens*: ex ζα et φλέγω, *uro*.

Ζαχρεὴς, et ζαχρηὴς, έος, ὁ ἡ, *valdè utilis*, *vehemens*, *acris*, gen. pl. ζαχρειῶν· ex ζα, *valdè*, et χράω, *invado furiosè*; vel ut alii volunt à χρεία, *necessitas*, *utilitas*.

Ζαχρεῖος, ου, *qui est valdè egenus*: ex ζα et χρεία, *necessitas*.

Ζάχρυσος, ου, ὁ ἡ, *dives auri*: à ζα et χρυσὸς, *aurum*.

Ζὰψ, *mare*, fortassè à fervore aquæ: à ζέειν.

* ZA'Ω, *vivo*, *vigeo*, *reviviſco*, *lætus sum*, imperf. ἔζαον præs. part. ζάων, ζῶν, ζάουσα, ζῶσα, ζάον, ζῶν f. ζήσομαι, η, εται a. 1. ἔζησα, ας, ε a. 1. sub. ζήσω, ῃς, ῃ a. 1. part. ζήσας, ασα, αν.

ZE'A, vel ζειὰ, ᾶς, ἡ, *ZEA*, *far*, *frumenti species*, *spelta*: fortassè à ζάω, quod indè sit victus.

Ζεβεδαῖος, ου, ὁ, nomen viri, Heb. δῶς, *dos*.

Ζεγέρεις, nomen Libyæ, quod Græcè sonat βουνοὶ, id est, *colles*. Sic autem apud Lybias quoddam murium genus appellatur.

Ζείδωρος, ου, ὁ ἡ, *fertilis*, pro ζάδωρος, epitheton terræ, quia dat necessaria ad vitam: à ζῆν et δῶρον, *munus*.

Ζείουσα, pro ζέουσα, Ion. vel Poët. præs. part. f. g. verbi ζέω, *ferveo*, f. έσω a. 1. part. ζεσθεὶς.

ZEIPA', ᾶς, et Ion. ζειρὴ, ῆς, *vestis genus*, *catena*.

Ζειρέω, *aromata facio*: puto à ζειρὸς.

Ζειρὸς, ποικίλος, *varius*; an à ζα et εἴρω, *necto*? ut sit valdè nexus.

Ζέω, pro ζέω, *ferveo*, q. v.

Ζέλκια, *olera*, Phrygib. q. à ζάω, quòd indè sit victus.

Ζέλλω, *jacio*, Hesych.

Ζέμα, ατος, τὸ, *decoctum*: à

Ζεννύω, et ζέννυμι, *fervefacio*: à ζέω, *ferveo*.

Ζέσε, Ion. pro ἔζεσε, 3. sing. a. 1. ind. act. et

Ζεσθεὶς, έντος, *fervefactus*, a. 1. part. pass. à ζέω a. 1. pass. ἐζέσθην.

Ζέσις, εως, ἡ, *fervor*, et

Ζεστὸς, ἡ, ὸν, *fervidus*, *a*, *um*: à ζέω, *ferveo*.

* Ζευγήλατις, *bigæ*, *è quibus olim pugnabatur*; sive ζεύγη πολεμιστήρια.

Ζευγίτης, ου, ὁ, *jugalis*, *jugo astrictus*, et

Ζεύγλη, ης, ἡ, *jugum*: à ζεῦγος. Th. ζευγνύω, *jungo*.

Ζεῦγμα, ατος, τὸ, *junctura*, *conjunctio*; item *ZEUGMA* figura

apud Gram. *connexionem* plurium ad unum vocabulum significans: à 1. perf. p. pass. verbi ζευγνύω, *jungo*.

Ζευγνύασι, Ion. pro ζευγνῦσι, 3. pl. præs. ind. act. et

Ζεύγνυμι, Dor. pro ζεύγνυσι, 3. sing. præs. ind. act. à ζεύγνυμι.

ΖΕΥΓΝΥ'Ω, vel ζεύγνυμι, *jungo, copulo*, fut. ζεύξω, perf. ἔζευχα· p. pass. ἔζευγμαι· hinc compos. ὑποζευγνύω, *subjugo*; ὑπόζευξις, *subjunctio*; ὑποζύγιος, *subjugis*; δίζυξ, γος, ὁ ϗ ἡ, *bijugis*; δίζυγος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem.

Ζεῦγος, εος, τὸ, *jugum, par, bigæ, vehiculum*. Th. ζευγνύω, *jungo*.

Ζευκτηρία, ας, ἡ, *vinculum*, et

Ζευκτὸς, ῦ, ὁ ϗ ἡ, *conjugatus, junctus*: à perf. pass. verbi ζευγνύω, *jungo*.

Ζεῦξαι, a. 1. inf. act. ζευξάμενος, *jungens*, a. 1. part. m. à ζεύγνυμι.

Ζεῦξις, εως, ἡ, *connexio*: à 2. perf. perf. pass. ejusd.

Ζεύξω, *jungam*, f. 1. act. à ζευγνύω, tanq. à ζεύγω.

Ζευξὼ, όος, ἡ, nomen mulieris, q. d. *conjugans*: à ζεύγνυμι.

Ζεύομαι, Dor. pro γεύομαι, *gusto*, apud Hesych. Th. γεύω· sic ζεύσασθαι, pro γεύσασθαι.

*ΖΕΥ'Σ, *Jupiter*; *deus*; gen. Διὸς, dat. Διὶ, acc. Δία, voc. Ζεῦ· ponitur etiam pro *aëre*; hinc δῖος, α, ον, *divinus*.

ΖΕ'ΦΥΡΟΣ, ου, et Ion. οιο, ὁ, *ZEPHYRUS, Favonius*; q. ζωηφόρος, *vitam ferens*, aut *ea quæ ad vitam attinent*: hinc ζεφυρίη πνοιὴ, *Zephyrius flatus*.

ΖΕ'Ω, *ferveo, bullio, scateo*, fut. ζέσω, perf. ἔζεκα, verbum fictitium à sono. Hinc Angl. TO SEETHE.

Ζῆ, *vive*, Dor. pro ζῆ, contr. pro ζάε, præs. imperat. à ζάω, *vivo*; vel ζῆ, *vivit*, Dor. pro ζῇ, contr. pro ζάει, 3. sing. præs. ind. act. Alii volunt esse imperf. vel 3. sing. a. 2. pro ἔζη, à ζῆμι.

Ζῆθι, *vive*, præs. imperat. vel a. 2. imperat. act. à ζῆμι, ut στῆθι, ab ἵστημι. Alii ex ζάε, ζῶ, formant præs. imperat. ζῆ, indeque ζῆθι, adjectâ syllabâ θι, à ζάω, *vivo*.

Ζῆθος, idem ac ζύθος, quod videas.

Ζηλήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, *invidus, zelotypus*: q. à ζηλόω, *æmulor*. Th. ζῆλος, *æmulatio*.

Ζηλοῖ, pro ζηλόει, 3. sing. præs. ind. act. à ζηλόω, *æmulor*: ab eod. Th.

ΖΗ̃ΛΟΣ, ου, ὁ, *æmulatio, invidia, ZELUS*; *amor cultus divini*: q. à

affectus. Hinc Angl. ZEAL, ZEALOUS.

Ζηλοτυπέω, f. ήσω, *zelotypus sum*. *zelo ducor, æmulor, invideo*, et

Ζηλοτυπία, ας, ἡ, *ZELOTYPIA, æmulatio*: à

Ζηλότυπος, ου, ὁ ϗ ἡ, *ZELOTYPUS, invidiâ percussus*: qu. ζηλῷ τυπεὶς, ex ζῆλος et τύπτω, *percutio*.

Ζηλόω, *æmulor, ambio, probo, invideo*; item *depereo*, cum acc. fut. ώσω, p. ἐζήλωκα. Th. ζῆλος.

Ζήλωσις, εως, ἡ, *æmulatio, zelotypia*: à perf. pass. præced.

Ζηλώσουσιν, 3. plur. f. 1. ind. act. verbi ζηλόω, *æmulor*. Th. ζῆλος.

Ζηλωτέον, nomen verbale, à ζηλόω, *æmulor*: ab eod. Th.

Ζηλωτὴς, ῦ, ὁ, *æmulator, accensus zelo*. Angl. A ZEALOT: quod et

Ζηλωτὸς, ῦ, *æmulandus*; in comp. ζηλωτότερος, (et in pl. f. g. ζηλωτότεραι,) à perf. pass. verbi ζηλόω, *æmulor*.

ΖΗΜΙ'Α, ας, ἡ, *damnum, pœna, mulcta*: hinc

Ζημιόω, *damnum affero, mulcto*, f. ώσω, perf. ἐζημίωκα· a. 1. pass. ἐζημιώθην· à præced.

Ζημιωθῇ, 3. sing. a. 1. ind. pass. ejusd.

Ζημίωμα, ατος, τὸ, *mulcta, damnum*, et

Ζημίωσις, εως, ἡ, *mulctatio*: à p. pass. verbi ζημιόω.

Ζῆν, Dor. pro ζῆν, contr. pro ζάειν, præs. inf. verbi ζάω, *vivo*.

Ζὴν, ζηνὸς, pro Ζεὺς, *Jupiter*; acc. Ζῆν, pro Ζῆνα· item Ζὰν, Ζανὸς, et Dor. Δὴν, Δάν.

Ζηνᾶς, ᾶ, ὁ, nomen Jurisperiti Gr. Lat. *Jovius*.

Ζῆς, Dor. pro ζῇς, contr. pro ζάεις, *vivis*, 2. sing. præs. ind. act. à ζάω· a. 1. inf. act. ζῆσαι.

Ζήση. Vide in ζήσομαι.

Ζήσομαι, η, εται, *vivam*, f. 1. m. ejusd. verbi ζάω.

Ζήτας, ὁ, Dor. pro Ζήτης, nomen proprium filii Boreæ.

Ζήτει, -ει, *quære*, præs. imperat. act. à ζητέω, *quæro*.

Ζητεύης, *quæras*, 2. sing. præs. sub. act. à

Ζητεύω, *quæro*, Poët. pro ζητέω, q. v.

ΖΗΤΕ'Ω, -ῶ, *quæro, studeo, requiro*; imperf. ἐζήτεον· f. ήσω, p. ἐζήτηκα· præs. pass. ζητέομαι, *quæror*; imperf. ἐζητεόμην, -ούμην, -ῦ, -έετο, -εῖτο· hinc

Ζήτημα, ατος, τὸ, *quæstio, quæsitum*, et

Ζήτησις, εως, ἡ, *inquisitio, quæstio*, et

Ζητητικὸς, ῦ, *inquisitivus*: omnia

Ζητήσωμεν, *inquiramus*, 1. pl. a. 1. sub. act. et

Ζητῦσιν, *quærunt*, 3. plur. præs. ind. act. à ζητέω, q. v.

Ζητρεῖον, ου, τὸ, *locus in quo servi puniuntur*; à ζα et τρέω, *timeo*.

Ζήτω, Dor. pro ζάτω, *vivat*, præs. imperat. act. à ζάω, quod vide.

Ζητῶμεν, 1. pl. præs. sub. act. à ζητέω, *quæro*.

Ζιβύνη, ης, ἡ, idem quod σιβύνη. Vide in Lat. Etym. *Sibyna*.

ΖΙΓΓΙ'ΒΕΡΙΣ, εως, ἡ, *ZINGIBERIS*, planta. Vide in Lat. Etymol. Angl. GINGER.

Ζίζγος, ου, ὁ, *sonus apum*: à sono.

ΖΙΖΑ'ΝΙΟΝ, ου, τὸ, *ZIZANIUM, lolium*; corruptela σίτου.

Ζίω, *quæro*.

Ζόη, ης, Ion. pro ζωὴ, ῆς, *vita*.

Ζορκάδες, ων, αἱ, Ion. pro δορκάδες, *capreæ*.

Ζοροβάβελ, ὁ, nomen principis, Hebr. interpret. Lat. *exulans in Babel*.

Ζώσθω, præs. imperat. pass. à ζόω, pro quo ζώννυμι, *cingo*.

Ζοφεροῖο, gen. Ion. à

Ζοφερὸς, ῦ, *caliginosus*. Th. ζόφος, *caligo*.

Ζοφόεις, εντος, *tenebrosus*, Poëticum est à

ΖΟ'ΦΟΣ, ου, ὁ, *caligo, tenebræ, occasus*; q. ζάνοφος· ex ζα et νέφος.

Ζοφόω, -ῶ, fut. ώσω, *obtenebro*: à ζόφος.

Ζοφώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, et ζοφώεις, ου, idem quod ζοφόεις· ab eod. Th.

Ζόφωσις, εως, ἡ, *obscuratio, tenebræ, obscuritas*: à perf. pass. verbi ζοφόω.

Ζύγαστρον, ου, τὸ, et τὸ ζυγάστριον, *arca, cista*, Xenoph.

* Ζευγηλάτης, ου, ὁ, *qui agit boum jugum*.

Ζυγέντες, nom. plur. a. 2. part. pass. verbi ζεύγνυμι, fut. ζεύξω, *jungo*.

Ζυγίη, ης, ἡ, *conjugium*: ab eod. Th.

Ζύγιος, ου, *jugalis* à

Ζυγὸς, ῦ, ὁ, et ζυγὸν, τὸ, *JUGUM*; in pl. ζυγοὶ, et ζυγὰ, *flatera*; αἱ ὑπὸ ζυγὸν, *nuptæ*. Th. ζευγνύω, *jungo*.

Ζυγόω, -ῶ, f. ώσω, *jungo, submitto, JUNGO*: à ζυγός.

Ζύγωμα, ατος, τὸ, *jugamentum*: à perf. pass. præced. verbi.

ΖΥ'ΘΟΣ, ου, ὁ, vel εος, τὸ, *ZYTHUS, potus ex hordeo, cerevisia*; quia fit ζέσει αἴθυς, *fervore ignis*. Est enim ζῦθος, ζέμα *quoddam*, id est, *potus coctus*.

ΖΥ'ΜΗ, ης, ἡ, *fermentum*: qu. à

Ζυμόω, -ῶ, f. *ώσω*, p. *ἐζύμωκα*, *fermento*: à ζύμη.

Ζύμωμα, *ατος*, *τὸ*, *fermentum*, et

Ζύμωσις, *εως*, *ἡ*, *fermentatio*. à perf. paſſ. verbi *ζυμόω*.

Ζωαγραφέω, et *ζωαγραφίω*, *depingo*: à ζῶον et γράφω.

Ζωαγραψάμενος, a. 1. part. med. ejuſd.

Ζωάγριον, *ου*, *τὸ*, *præmium pro vitâ ſervatâ*: à *ζωγρέω*, *vivum capio*, *è cæde conſervo*: à *ζωὴ*, *vita*, (quod à *ζάω*, *vivo*,) et *ἄγρα*, *captura*.

Ζωγραφέω, f. *ήσω*, *pingo*, et

Ζωγραφία, *ας*, *ἡ*, *pictura*, et

Ζωγράφος, *ου*, *ὁ*, *pictor*; propriè qui ζῶα γράφει.

Ζώγρει, -ει, *vivum cape*, præſ. imperat. à

Ζωγρέω, -ῶ, quaſi ζωὸν ἀγρεύω, *vivum capio*, *vitæ parco*; item *vivifico*, fut. *ήσω*, perf. *ἐζώγρηκα*· perf. paſſ. *ἐζώγρημαι* quod ex *ζωὸς*, *vivus*, (quod à *ζάω*, *vivo*,) et *ἄγρα*, *captura*.

Ζωγρία, et *εία*, *ας*, *ἡ*, idem quod *ζωγρίη*.

Ζωγρίας, *ου*, *ὁ*, *vivus*; in acc. *ζωγρίαν* et hinc

Ζωγρίη, *ης*, *ἡ*, q. d. *viva captio*: ab iiſd. Vide in *ζωγρέω*.

Ζωδιακὸς, *ῦ*, *ὁ*, *ZODIACUS*; in quo *ζώδια*· à

Ζώδιον, *ου*, *τὸ*, *animalculum*, *ſignum cæleſte*, in Zodiaco. Th. *ζάω*, *vivo*.

Ζῶε, *vivebat*, 3. ſing. imperf. act. Ion. *ζώειν*, præſ. infin. act. verbi *ζάω*, Poët. pro *ζάω*, *vivo*.

Ζώειν, Ion. et Poët. pro *ζῆν*.

Ζώεσκον, imperf. Ion. et Poet. pro *ἔζωον*, verbi præced.

Ζωὴ, *ῆς*, *ἡ*, *vita*; item *ſumptus ad vitam ſuſtentandam*. Th. *ζάω*, *vivo*.

Ζώη, *vivat*, 3. ſing. præſ. ſub. act. à *ζώω*, Poët. pro *ζάω*.

Ζώην, *viverem*, præſ. opt. Att. pro *ζῷμι*, contractè ex *ζάοιμι*, verbi *ζάω*.

Ζωῇσιν, dat. pl. Ion. pro *ζωαῖς*, à *ζωὴ*, *vita*: ab eod. Th.

Ζωθάλμιος, *ου*, *ὁ* ϗ *ἡ*, *viridus*, *almus*; quia ζωὴν θάλπει, *vitam fovet*.

Ζωΐα, *ας*, *ἡ*, pro *ζωὴ*, *ῆς*, *ἡ*, *vita*.

Ζωϊκὸς, *ῦ*, *animalis*: à *ζῶον*, *animal*. Th. *ζάω*.

Ζῶμα, *ατος*, *τὸ*, *lorica*, *veſtimentum quo cingimur*; idem quod *ζωστὴρ*. Th. *ζωννύω*, *cingo*.

Ζῶμεν, pro *ζάομεν*, *vivimus*, 1. pl. præſ. ind. act. verbi *ζάω*.

Ζωμήρυσις, *εως*, *ἡ*, *trulla ad hauriendum juſculum*: ex *ζωμὸς*, *jus*, et

ΖΩΜΟ'Σ, *ῦ*, *ὁ*, *jus*, *jus eſculentum*: indè *ζωμίδιον*, *juſculum*.

Ζῶν, præſ. part. neut. g. à *ζάω*, *vivo*, q. v.

Ζώνη, *ης*. *ZONA*, *cingulum*, *pero*; dat. plur. *ζώνησι*, pro *ζώναις*, Ion. Th. *ζωννύω*, *cingo*.

Ζώννυμι, idem quod *ζωννύω*.

Ζωννύσκετο, *cingebatur*, 3. ſing. imperf. paſſ. Ion. pro *ἐζώννυτο*, verbi *ζώννυμι*, *cingo*. Alii volunt eſſe imperf. à *ζωννύσκομαι*.

ΖΩΝΝΥ'Ω. *ζώννυμι*, et *ζωννύσκω*, *cingo*; imperf. *ἐζώννυον*, *ες*, *ε*· fut. *ζώσω*, p. *ἔζωκα*· perf. paſſ. *ἔζωσμαι* a. 1. med. *ἐζωσάμην*, *ω*, *ατο*· hinc *ζωστὴρ* et *ζώνη*, *zona*, *cingulum*; *περίζωμα*, *ventrale*.

Ζῶντα, *viventem*, acc. ſing. *ζῶντος*, gen. ſing. part. præſ. act. verbi *ζάω*.

Ζώντειον, vel *ζάντιον*, *ου*, *τὸ*, *mola*; quia ibi cica ad *ζωὴν*, id eſt, *vitam* paratur: vel qu. *ζειώντειον*, à *ζέα*, *ſpelta*.

Ζωογονέω, *vivifico*, f. *ήσω*, p. *ἐζωογόνηκα*· à

Ζωογόνος, *ου*, *ὁ* ϗ *ἡ*, *vitalis*: ex *ζωὴ*, *vita*, et *γόνος*, *generatio*, qu. à *γίνομαι*, *naſcor*.

Ζωογράφος, *ου*, *ὁ*, idem quod *ζωγράφος*, q. adi.

Ζώοιμι, *vivam*, præſ. opt. act. à *ζώω*, Poët. pro *ζάω*.

Ζώοισι, *animalibus*, dat. plur. Ion. à

Ζῶον, *ου*, *τὸ*, *animal*: qu. à *ζωὴ*, *vita*. Th. *ζάω*, *vivo*.

Ζώοντε, *vivos*, dual. num. Poët. pro *ζῶντε*· ſic *ζώοντες*, in pl. pro *ζῶντες*, præſ. part. *ζώοντι*, Dor. pro *ζῶσι*, verbi ejuſd.

Ζωοποιέω, *vivifico*, f. *ήσω*, p. *ἐζωοποίηκα*· a. 1. paſſ. *ἐζωοποιήθην*· a. 1. part. *ζωοποιηθεὶς*, *vivificatus*: ex *ζωὸς*, *vivus*, (qu. à *ζάω*,) et *ποιέω*, *facio*.

Ζωοποίησις, *εως*, *ἡ*, *vivificatio*.

Ζωὸς, *ἡ*, *ὸν*, *vivus*, *a*, *um*. Th. *ζάω*.

Ζωοτοκέω, -ῶ, *animal genero*, ſeu *pario*, et

Ζωοτοκία, *ας*, *ἡ*, *animalis generatio*: à

Ζωοτόκος, *ου*, *ὁ* ϗ *ἡ*, *vivipara*: ex *ζωὸς*, *vivus*, et *τίκτω*, *pario*.

Ζωόφυτα, *τὰ*, *quæ mediæ ſunt naturæ inter plantam et animal*. Th. *φύω*, *naſcor*.

Ζωόω, *vivum reddo*: à *ζωὸς*, *vivus*, quod à *ζάω*, *vivo*.

Ζωπυρέω, fut. *ήσω*, *ignem ſopitum accendo*, *ſuſcito*, *ad vigorem priſtinum revoco*, *reſocillo*, *inaugeo*: à

Ζώπυρον, *ου*, *τὸ*, *reliquiæ ignis cineribus ſopiti*; *σπέρμα πυρὸς*, undè à *ζῶν πῦρ*, 1. *ignis vivens*; 2. *ſuſcitabulum*; 3. *ſuſcitandi vim habens*, ut follis, flabellum.

ΖΩΡΟ'Σ, *ὰ*, *ὸν*, *merus*, *efficax*; ut *ζωρὸς οἶνος*, frequentiùs in compar. *ζωρότερος*, *meracior*: qu. à *ζέω*.

Ζωρότερος. Vide *ζωρὸς*.

Ζὼς, *vivus*, pro *ζωὸς*· à *ζάω*, *vivo*.

Ζῶσαι, a. 1. inf. act. *ζώσασθαι*, a. 1. inf. med. à *ζώννυμι*, f. *ζώσω*, *cingo*. Poteſt et *ζῶσαι* eſſe præſ. part. act. fœm. g. pl. num. verbi præced.

Ζωσάμην, *ω*, *ατο*, a. 1. med. Ion. pro *ἐζωσάμην* à *ζωννύω*, *cingo*.

Ζώσει, 3. ſing. fut. 1. act. ejuſd. verbi.

Ζώσεσθαι, fut. 1. inf. med. verbi præced.

Ζωσθεῖσα, *cincta*, a. 1. part. paſſ. fœm. g. à *ζώννυμι*, *cingo*, f. *ζώσω*· perf. paſſ. *ἔζωσμαι* a. 1. paſſ. *ἐζώσθην*, part. *ζωσθεὶς*.

Ζωσθῆναι, *cinctum eſſe*, a. 1. infin. paſſ. ejuſd.

Ζῶσι, *vivunt*, 3. plur. præſ. ind. act. verbi *ζάω*.

Ζώσιμος, *ὁ* ϗ *ἡ*, *vitalis*, *qui vivere poteſt*: ab eod.

Ζῶσις, *εως*, *ἡ*, *cinctura*, et

Ζωστὴρ, *ῆρος*, *ὁ*, *cingulum*, *balteus*; accuſ. ſing. *ζωστῆρα*· à *ζώννυμι*, *cingo*.

Ζῶστρον, *ου*, *τὸ*, *cinctus*, *veſtis ad præcingendum idonea*: ab eod. Th.

Ζώσω, *cingam*, fut. 1. act. ejuſd. verbi.

Ζωτικὸς, *ῦ*, *ὁ* ϗ *ἡ*, *vivificus*, *vitalis*, *vegetabilis*.

Ζώω, Poët. pro *ζάω*, *vivo*; ſed *ζωῷ*, dat. ſing. à *ζωὸς*, *ῦ*, *vivus*: ab eod. Th.

H.

H, SEPTIMA litera apud Græcos ſonat è, et eſt in numeris octonarius. Declarat octo millia hoc modo, H, ſeu ͵η.

'H, *hæc*, artic. præpoſ. *ἣ*, *quæ*, artic. poſtpoſ. *ἤ*, *vel*, *an*; et Poët. *ἠέ*. Tum *ἦ*, *ἦ*, *ha*, *ha*, vox deſiſtere jubentis; item *ᾗ*, *miſeret*, 3. ſing. a. 2. ſub. act. ab *ἵημι*, *mitto*; et *ᾗ*, dat. ſing. ab *ἣ*, artic. poſtpoſ. *ᾖ*, *ſit*, 3. ſing. ſub. ab *εἰμὶ*, *ſum*; *ἦ*, *dixit*, 3. ſing. per Aphær. pro *φῆ*, et hoc pro *ἔφη*, a. 2. ind. act. à *φημὶ*, *dico*. Tunc etiam *ἦ*, eſt adv. *ſanè*, *perfectè*; et *ἦ*, *erat*, 3. ſing. imperf. ab *εἰμὶ*, interrogat. Il. I. 533, *ἦ* cum ſuperl. *quam*; *ἦ μάλιστα*, *quam maximè*; *ἦ*, *certè*, *profectò*, Il. A. 223; interrog.

Ἧ, *quâ, quomodo, quâ ratione, quâ viâ*, dat. sing. f. ab ὅς, ἥ, ὅ, (quasi ᾗ ὁδῷ,) *quâ viâ*.

Ἢ, *quàm*, postponitur comparativis et adjectivis indè formatis, ὑστεραῖος, προτεραῖος, ut, τῇ ὑστεραίᾳ ἢ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν, Plat. Symp. init. ἢ post comparativa nonnunquam subintelligitur: μείζονα ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει ἵνα,—Joan. xv. 13. 3 Ep. Joan. 4. Mat. xviii. 1. subintelligitur aliquando ὥστε δύνασθαι; ut νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν, Sophoc. Œdip. 1316. Xenoph. Memorabilia, iii. ed. Wol. Subintelligitur μᾶλλον, οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, Joan. xiii. 10. *non opus est ut plusquam pedes lavet*. Βούλομ' ἐγὼ λαὸν ἐμμεναι ἢ ἀπολέσθαι, Il. A. 177. vel pro εἰ μὴ εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα—ἢ μιᾶς ταύτης φωνῆς, Act. xxiv. 20. In extrema parte propositionis *nonne*: οὐκοῦν ἂν τις ἀποκτείνῃ τινα ὅτῳ δόξῃ ποιεῖ ἃ δοκεῖ αὐτῷ, ἢ γάρ; Plat. Georg.

Ἦα, *eram*; imperf. Ion. pro ἦν, verbi εἰμί, *sum*; imperf. ἦν, Ion. ἔα, ectasi Poët. ἦα.

Ἤια, ἤιας, ε, *ivi*; perf. m. Att pro ᾖα, ας, ε, et solutione ἤια, verbi εἶμι, *eo*.

Ἦα, *leguminum stipula*: ab αὖος, *aridus*. Th. αὔω, *sicco*.

Ἥατο, Ion. pro ἧντο, 3. plur. imperf. verbi ἧμαι, *sedeo*: quod in 3. pl. ἧνται, et Ion. ἕαται. Th. ἕω, *sedeo*.

Ἦδα, ας, α, Dor. pro ἤδη, quod vide.

Ἠβαιὸς, *parvus*: à βαιὸς, idem; et

Ἠβαιὸν, *paululum*: οὐδ' ἠβαιὸν, *ne tantillum quidem*. Pleonasm. τοῦ η.

Ἡβάω, vel ἡβάσκω, *adolesco, pubesco*; f. ἡβήσω, p. ἥβηκα. ab ἥβη, *pubes*; *pubertas, juventa*.

ἩΒΗ, ης, ἡ, *PUBES, pubertatis Dea, juventus*: est etiam, vigor ætatis, in sene licet.

Ἡβηδὸν, adv. *juveniliter; virilim*.

Ἡβηκὼς, *adultus*; perf. part. act. verbi ἡβάω, *pubesco*; et

Ἡβήσαντε, *pubescentes*; num. dual. a. 1. part. act. et

Ἡβήσειε, *annos pubertatis attigisset*; 3. sing. a. 1. opt. act. Æol. ejusd. verbi; et

Ἡβητήριον, ου, τὸ, *locus exercitii literarii adolescentum*. Sumitur et pro *loco ameno et conviviorum*: omnia ab ἥβη, *pubes*.

Ἠβουλήθην, *volui*: Att. pro ἐβουλήθην, a. 1. ind. verbi βούλομαι, *volo*: f. βουλήσομαι. Sic in imperf. ἠβουλόμην, Att. pro ἐβουλόμην.

Ἡβῷμι, ᾷς, ᾷ, *pubescerem*: Att. pro ἡβάοιμι, -ῷμι, præs. opt. act. verbi ἡβάω, *pubesco*.

Ἡβώοιμι, ἡβώοις, *pubescerem, es*, præs. opt. act. ab ἡβώω, Poët. pro ἡβάω, quod vide.

Ἡβώωσα, Poët. pro ἡβῶσα, præs. part. f. g. ab ἡβάω.

Ἦγ', pro ἦγε, *duxit*; 3. sing. a. 2. vel imperf. act. verbi ἄγω, *duco*; f. ἄξω, p. ἦχα.

Ἠγάγετ', pro ἠγάγετο, *duxit*; 3. sing. a. 2. m. Att. pro ἤγετο, verbi ἄγω.

Ἤγαγον, ες, ε, Att. redupl. pro ἦγον, a. 2. ind. act. pro quo ἠγάγοσαν, 3. Ezr. i. 19. ejusdem verbi.

Ἠγαθίῃ, dat. sing. f. g. ab

Ἠγάθεος, ου, *valdè divinus*; Ion. pro ἀγάθεος; qu. d. ἄγαν θεῖος. Th. θεὸς, *Deus*.

Ἠγαλλιάσατο, 3. sing. a. 1. m. verbi ἀγαλλιάω, *exulto*. Th. ἀγάλλω, *orno*.

Ἠγάμην, *admirabar*; imperf. verbi ἄγαμαι, idem quod ἀγάω vel ἀγάομαι, *admiror*.

Ἠγανάκτησε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἀγανακτέω, *indignor, doleo*; f. ήσω, p. ηκα.

Ἠγάπα, pro ἠγάπαε, 3. sing. imperf. act. verbi ἀγαπάω.

Ἠγάπευν, Dor. et Æol. pro ἠγάπων, *amabant*; 3. pl. imperf. act. q. ab ἀγαπέω, pro ἀγαπάω, *diligo*.

Ἠγάπησε, *dilexit*; 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἀγαπάω, *diligo*; f. ήσω, p. ἠγάπηκα.

Ἠγασάμην, ω, ατο, *admiratus sum*; a. 1. m. verbi ἀγάζομαι, f. άσομαι, p. ἤγασμαι. Th. ἀγάω, *admiror*.

Ἠγάσθην, a. 1. ind. pass. ejusdem verbi et Th.

Ἠγάσσατο, 3. sing. a. 1. m. Poët. gem. σ, ἀγάζομαι, vide ἠγασάμην.

Ἠγγάρευσαν, 3. pl. a. 1. act. verbi ἀγγαρεύω, *cogo*; f. εύσω, p. ἠγγάρευκα. Th. ἄγγαρος, *tabellarius regius*.

Ἠγγειλάμην, *nuntiavi*; a. 1. m. verbi ἀγγέλλω, *nuntio*; f. ελῶ, p. ἤγγελκα, a. 1. ἤγγειλα.

Ἤγγειλε, 3. sing. a. 1. ind. act. ejusd. verbi.

Ἠγγέλθην, a. 1. ind. pass. ἠγγέλην, a. 2. ind. pass. ἤγγελμαι, perf. pass. verbi ἀγγέλλω, *nuntio*; f. ελῶ, a. 2. ἤγγελον.

Ἠγγέλλετο, 3. sing. imperf. pass. ejusd.

Ἤγγικα, ας, ε, perf. act. ἤγγισα, a. 1. ind. act. verbi ἐγγίζω, *appropinquo*; f. ίσω. Th. ἐγγὺς, *propè*.

Ἠγγυᾶτο, *sponsiones accipiebat*; 3. sing. imperf. pass. verbi ἐγγυάομαι. Th. ἐγγύη, *sponsio*.

Ἦγε, *abduxit*; 3. sing. a. 2 ind. act. Att. ἤγαγε, verbi ἄγω, ἄξω, *duco*.

Ἤγειρα, *excitavi*, a. 1. ind. act. verbi ἐγείρω, f. ερῶ, perf. ἤγερκα, a. 1. pass. ἠγέρθην.

Ἡγεῖσθαι, *cogitare*, præs. inf. ab ἡγέομαι, *duco, arbitror*, f. ἡγήσομαι.

Ἡγεῖται, 3. sing. præs. ἡγεῖτο, *ducebat*, 3. sing. imperf. ejusd. verbi.

Ἡγεμονεύω, f. εύσω, p. κα, *præsum dux*; imperf. ἡγεμόνευον, ες, ε et

Ἡγεμονῆα, *ducem*, acc. sing. ab ἡγεμονεύς, *dux*; et

Ἡγεμονία, ας, ἡ, *imperium*, et

Ἡγεμονίδης, ου, ὁ, *dux, princeps*; et

Ἡγεμονίη, Ion. pro ἡγεμονία, idem; et

Ἡγεμονικὸς, οῦ, ὁ ἡ ἡ, *imperatorius*; et substant. τὸ.

Ἡγεμονικὸν, *principatus animi*; et

Ἡγεμὼν, όνος, ὁ ἡ ἡ, *dux, præses, rector*; gen. pl. ἡγεμόνων, dat. pl. ἡγέμοσι ab

ἩΓΕ'ΟΜΑΙ, -οῦμαι, *duco, dux sum, existimo*; imperf. ἡγούμην, f. ἡγήσομαι, p. ημαι, q. ab ἄγω, *duco*.

Ἠγερέθοντο, *coibant*, 3. pl. imperf. pass. ab ἠγερέθομαι, Poët. pro ἀγείρομαι, *congregor*: hinc imperf. ἠγείρετο. Th. ἀγείρω, *congrego*; f. ερῶ, p. ἤγερκα.

Ἤγερθεν, *convenerunt*; Bœot. Sync. pro ἠγέρθησαν, 3. pl. a. 1. pass. ab ἀγείρω, *congrego*; vel ut alii, ab ἐγείρω, *excito*.

Ἠγέρθην, *sum excitatus*; et in 3. pl. ἠγέρθησαν, a. 1. ind. pass. verbi ἐγείρω, sin verò *collectus sum*: ab ἀγείρω.

Ἤγερκα, *collegi*, perf. ind. act. ab ἀγείρω, sin *excitavi*: ab ἐγείρω.

Ἤγεσθε, 2. pl. imperf. vel a. 2. m. ἠγόμην, verbi ἄγω, *duco*: ἤγετο, 3. sing. a. 2. m.

Ἡγέτης, ου, ὁ, idem ac ἡγεμὼν, quod videas.

Ἤγετο, 3. sing. a. 2. m. verbi ἄγω.

Ἠγηγέρκειν, *excitaveram*: plusq. p. act. Att. verbi ἐγείρω, *incito*; f. ερῶ, p. ἤγερκα.

Ἡγηλάζω, f. άσω, *duco, præeo*; ab ἄγειν et ἐλᾶν, ἀγηλᾶν. ex quo ἡγηλάζειν formari vult Eustath.

"Ηγημα, ατος, τὸ, *conſilium, voluntas.*

"Ηγην, et Att. ἰάγην, a. 2. ind. paſſ. verbi ἄγνυμι, vel ἄγω, *frango*; f. ἄξω, a. 1. ἦξα et ἔαξα.

'Ηγῆσαι, άσθω, a. 1. imperat. m. ab ἡγέομαι.

'Ηγησάμην, ω, ατο, *præivi*; a. 1. m. et

'Ηγησάσθω, *dux ſit*, 3. ſing. a. 1. imperat. ejuſd. verbi.

'Ηγήσατ', pro ἡγήσατο, 3. ſing. a. 1. m. ἡγησάμην, quod vide.

'Ηγησίας, ϰ, ὁ, *HEGESIAS*, nomen Philoſophi.

'Ηγησις, εως, ἡ, *principatus.*

'Ηγῆτ', pro ἡγῆται, *redeat*; 3. ſing. præſ. ſub. m. verbi ἡγέομαι, *duco.*

'Ηγητέον, *putandum eſt.*

'Ηγητὴρ, ῆρος, ὁ, *ductor.* Th. ἡγέομαι.

'Ηγήτωρ, ορος, ὁ, idem in pl. ἡγήτορες.

'Ηγιασμένος, *ſanctificatus*, perf. part. paſſ. ab ἁγιάζω, *ſanctifico*; f. άσω. Th. ἅγιος.

"Ηγμαι, *actus ſum*; perf. paſſ. verbi ἄγω, *ago*; f. ἄξω, perf. ἦχα, perf. part. paſſ. ἡγμένος.

'Ηγνικότες, nom. pl. ab

'Ηγνικὼς, ότος, perf. part. act. et

'Ηγνισμένος, perf. part. paſſ. ab ἁγνίζω, *purifico, expio*; f. ίσω, perf. ἥγνικα. Th. ἁγνὸς, *caſtus.*

'Ηγνόηκα, *ignoravi*, perf. ind. act. ἠγνόησα, a. 1. ind. act. verbi ἀγνοέω ex α priv. et νόος, *mens.*

'Ηγνοίησε, *ignoravit*: Poët. et Dor. pro ἠγνόησε, 3. ſing. a. 1. ind. act. ejuſd. verbi.

'Ηγνόουν, 1. ſing. vel 3. pl. imperf. act. verbi ἀγνοέω, *ignoro*; f. ήσω, p. ἠγνόηκα. ex α et νόος, *mens.*

'Ηγξα, ας, ε, a. 1. ind. act. ἠγξάμην, ω, ατο, a. 1. m. et ἦγχα, perf. act. ab ἄγχω, *ſtrangulo, ſuffoco.*

"Ηγομεν, 1. pl. imperf. vel a. 2. act. ἦγον. Sed ἠγόμην eſt 1. ſing. a. 2. med. verbi ἄγω, *duco.*

"Ηγον, *ducebam*, imperf. vel a. 2. act. ejuſd.

"Ηγοντ', pro ἤγοντο, *ducebant*, 3. pl. imperf. vel a. 1. m. ejuſd.

'Ηγόρασας, *emiſti*; 2. ſing. et ἠγόρασαν, 3. pl. a. 1. act. verbi ἀγοράζω, *emo*; f. άσω, p. ἠγόρακα. Th. ἀγορὰ, *forum.*

'Ηγοράσθησαν, 3. pl. a. 1. ind. paſſ. ejuſd. verbi.

'Ηγορασμένος, perf. part. paſſ. ejuſd. verbi et Th.

'Ηγορεύθησαν, *renuntiati ſunt*, 3. pl. a. 1. paſſ. verbi ἀγορεύω, *verba facio*: ab eod.

'Ηγορόωντο, *concionabantur*: Poët. pro ἠγορῶντο, 3. pl. imperf. paſſ. verbi ἀγοράομαι ab eod. Th.

'Ηγούμενος, ϰ, ὁ, *dux, imperator*; ſubſtantivè à præſ. part. verbi ἡγέομαι, -οῦμαι, *duco*; in 3. pl. ἡγοῦνται, f. ἡγήσομαι.

"Ηγουν, adv. idem quod ἤτοι, *ſive*, item *videlicet*; ab ἢ, *ſive.*

"Ηγρετο, Poët. Sync. pro ἠγείρετο, 3. ſing. imperf. paſſ. verbi ἐγείρω, *excito.*

'Ηγρεύθην, a. 1. ind. paſſ. et

"Ηγρευκα, perf. act. et ἤγρευσα, ας, ε, a. 1. act. ab ἀγρεύω, f. εύσω, *capto, venor.* Th. ἄγρα, *captura.*

"Ηγρευσεν, a. 1. vide in ἤγρευκα.

'Ηγρίωσαι, 2. ſing. perf. paſſ. verbi ἀγριόω, *effero, efferatum reddo*; f. ώσω, p. ἠγρίωκα, perf. paſſ. ἠγρίωμαι, perf. inf. paſſ. ἠγριῶσθαι. Th. ἀγρὸς, *rus, ager.*

'Ηγριῶσθαι, perf. inf. paſſ. Vide ἠγρίωσαι.

'Ηγροικησάμην, ω, ατο, a. 1. m. verbi ἀγροικέω, ab ἄγροικος, *ruſticus, qui in agro vivit.* Th. ἀγρὸς, *rus*, et οἶκος, *domus.*

"Ηγχα, ας, ε, *ſtrangulavi, ſuffocavi*; præt. ind. act. verbi ἄγχω.

'Ηγωνίζετο, 3. ſing. imperf. paſſ. verbi ἀγωνίζομαι, *certo*; f. ίσομαι, perf. ἠγώνισμαι, perf. part. ἠγωνισμένος. Th. ἀγών.

'Ηγώνισμαι, *certavi*: vide ἠγωνίζετο.

'Ηδ', pro ἠδὲ, *et*

"Ηδα et ἕαδα, Att. ſeu Ion. præt. m. verbi ἁνδάνω, ſeu ἄδω, *placeo.*

'Ηδάφωται, 3. ſing. perf. ind. paſſ. verbi ἐδαφόω, f. ώσω, p. κα, quod ab ἐδαφίζω, *ſolo æquo*: quod ab ἔδαφος, *ſolum.* Th. ἕζομαι, *ſedeo.*

'ΗΔΕ', Poët. *et*: at ἥδε, *hæc.*

"Ηδεα et ᾔδη, *cognoveram*: Att. et Ion. pro ᾔδειν ſeu εἴδειν, pluſq. perf. act. verbi εἴδω, *ſcio*; perf. εἴδηκα, et per Syncop. εἶδα, in pluſq. perf. εἴδειν, Att. ᾔδειν, et Ion. ᾔδεα, -εας, -εε.

'Ηδέα, *ſuaviter*, adv. ab ἡδὺς, qu. vide: et in acc. pl. n. g. ἡδέα, ab ἡδύ.

'Ηδεῖα, ας, f. g. ab ἡδὺς, *ſuavis*: compar. ἡδίων, ſuperl. ἥδιστος.

"Ηδειμεν, pro εἰδείημεν, 1. pl. pluſq. perf. act. Vide ᾔδειν.

"Ηδειν, εις, ει, *noveram*; et εἴδειν, per Sync. pro εἰδήκειν, 1. ſing. perf. act. et ᾔδειν, *noverat*, 3. ſing. pluſq. p. Ariſt. Veſp. 362. verbi εἰδέω, *ſcio*; f. ήσω, præt. med. οἶδα.

"Ηδεισαν, ejuſd. 3. pl. pluſq. perf. act. Vide ᾔδειν.

"Ηδησθα, *noveras*: Æol. paragoge pro ᾔδεις, 2. ſing. pluſq. p. act. Vide ᾔδειν.

"Ηδικα, *comedi*, perf. act. Att. pro ἦκα, verbi ἔδω. Alii ab ἐδίω formari volunt, et in perf. Att. dici ἐδήδοκα.

'Ηδέος, *jucundi*, gen. ſing. ab ἡδὺς vel ἡδὺ, *ſuavis, e.*

"Ηδισαν, *noverant*, 3. pl. pluſq. perf. act. pro ᾔδεισαν. Atticè correptâ penultimâ. Vide ᾔδειν.

'Ηδέσθην, *veritus ſum*, a. 1. paſſ. verbi αἰδέομαι, *veneror*; f. έσομαι et ήσομαι, perf. ᾔδεσμαι. Th. αἰδὼς, -όος, -ϰς, ἡ, *pudor.*

"Ηδεται, 3. ſing. præſ. ind. ἥδετο, 3. ſing. imperf. verbi ἥδομαι, *delector.* Th. ἡδύς.

'Ηδέως, *libentèr*, adv. ab ἡδὺς, *ſuavis*: comp. ἥδιον, ſuperl, ἥδιστα, *libentiſſimè.*

"ΗΔΗ, adv. *jam, mox, protinus*: ἤδη ἐκ πολλοῦ, *jamdudum.*

"Ηδη, *nôram* et *noverat*: Att. pro ᾔδειν, q. v. Ariſtoph. in Av. 511.

'Ηδίκησε, 3. ſing. a. 1. ind. act. verbi ἀδικέω, *lædo, injuriâ afficio*; perf. part. paſſ. ἠδικημένος. Ex α priv. et δίκη, *jus.*

'Ηδίον, *libentius, jucundius*: compar. n. g. ab ἡδύς.

"Ηδιστα, adv. *ſuaviſſimè, libentiſſimè*: ab

"Ηδιστος, ϰ, *ſuaviſſimus*: ſuperl. ab ἡδὺς, έος, *ſuavis.*

'Ηδίων, ονος, *ſuavior, libentior*: compar. ab eod. Th.

"Ηδομαι, f. ἥσομαι, p. ἧσμαι, *delector, lætor*: ab eod. Th.

'Ηδομένη, ης, præſ. part. f. g. Hinc ἡδομένοισι, dat. pl. præſ. part. ab eod. Th.

"Ηδον, et Dor. ἆδον, imperf. vel a. 2. verbi ᾄδω, contractè pro ἀείδω, *cano*: ἧδον, a. 2. verbi ἁνδάνω, *placeo*; ἀδήσω.

'Ηδονή, ῆς, ἡ, *voluptas, jucunditas*: ab ἥδω, *delecto*: et

"Ηδος, εος, τό, *ſuavitas*: ſed ὄξος, *acetum.* Th. ἡδὺς, *ſuavis.*

"Ηδρασα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἑδράζω, *ſtabilio*: f. άσω, perf. paſſ. ἥδρασμαι. ab ἕδρα, *ſedes.* Th. ἕζομαι, *ſedeo.*

'Ηδρηκὼς, ότος, *adultus*: perf. part. act. ab ἁδρέω. Th. ἁδρὸς, *multus, magnus.*

'Ηδρύνθην, ης, η, a. 1. ind. paſſ. ab ἁδρύνω, *craſſum reddo.* Th. ἁδρὸς, *craſſus.*

'Ηδὺ, *ſuavitèr*, adv. eſt et n. g. ab ἡδὺς, εῖα, ὺ, *ſuavis, e*: compar. ἡδύτερον et ἥδιον, *ſuavius.*

'Ηδυέπειαι, *ſuaviloquæ*, nom. pl. f. g. ab ἡδυεπὴς, *ſuaviloquus*: quod ab ἡδὺς et ἔπω, *dico.*

Ἠδύναντο, Ion. pro δύναντο, 3. pl. opt. Alii legendum censent ἠδυνέατο, pro ἠδύναντο, *poterant*, 3. pl. imperf. à δύναμαι.

Ἠδυνάμην, ω, ατο, Att. pro ἐδυνάμην, *poteram*; imperf. m. verbi δύναμαι, *possum*; f. δυνήσομαι, a. 1. pass. ἐδυνήθην, Att. ἠδυνήθην, et ἠδυνάσθην, quasi à δυνάζω.

Ἠδυνήθην, *potui*; et in 3. pl. ἠδυνήθησαν a. 1. pass. Vide ἠδυνάμην.

Ἡδύνομαι, *jucundus sum*, f. 1. m. ἡδυνοῦμαι.

Ἥδυνται, *edulcatus est*, 3. sing. perf. pass. ab

Ἡδύνω, *suavè reddo*; f. υνῶ, perf. pass. ἥδυσμαι. Th. ἡδὺς, *suavis*.

Ἡδύοσμον, ου, τὸ, *menta*: herba, quia ejus ἡδεῖα ὀσμὴ, *suavis odor*.

ἩΔΥΣ, έος, ὁ, et in f. g. ἡδεῖα, et Ion. ἡδέη, et in n. g. ἡδὺ, *SUAVIS*, *jucundus*, *lætus*: q. ab ἥδω, *delecto*: compar. ἥδιων, superl. ἥδιστος, et ἡδύτερος, ἡδύτατος· hinc

Ἥδυσμα, ατος, τὸ, *suavitas*, *condimentum*.

Ἡδυσμὸς, οῦ, ὁ, idem; *dulcedo*.

Ἡδυφωνία, ας, ἡ, *vocis suavitas*: ab ἡδὺς, *suavis*, et φωνὴ, *vox*.

Ἥδω, f. ἥσω, a. 1. act. ἧσα, *delecto*. Th. ἡδὺς, *suavis*.

Ἠδῶ, Hesych. ἠδῶ ἶρις ἤγουν τόξον. Legitur ea vox Jobi xxxvi. 30. an ἠδῶ, legend. *lux* enim res suavis homini. Quid si scriptum esset ἠῶ, quæ est *aurora*: aut εἴδω, quod est *oculus*, qui lumen.

Ἠὲ, Poët. pro ἢ, *quam*, *aut*.

Ἦε, *erat*, 3. sing. imperf. verbi εἰμὶ, *sum*; imperf. ἦν, Ion. ἔα, Ectasi Poët. ἤα, ας, ε.

Ἤε, *ivit*, 3. sing. præt. m. ἤα, pro εἶα, verbi εἶμι, *eo*.

Ἤεα, *iveram*: Ion. pro ᾔειν, plusq. p. m. verbi ejusd.

Ἤει, 3. sing. plusq. p. m. verbi ejusd.

Ἠείδειν, ας, ει, Pleonasmo τοῦ η, pro εἴδειν, pl. perf. ab εἰδέω vel Attica Epenth. pro ᾔδειν, quod pro εἰδήκειν, plusq. p. et per Crasin εἴδειν, verbi εἰδέω.

Ἠείδης, pro εἴδης, plusq. p. m. Pleonasm. τοῦ η, vel Att. Epenth. pro ᾔδης, ab ᾔδειν, pl. perf. m. verbi supradict.

Ἤειν, ᾔεις, ᾔει, plusq. p. m. verbi εἶμι, *eo*.

Ἤειρα, Pleonasmo τοῦ η, pro εἶρα, a. 1. act. verbi εἴρω, *necto*: vel est a. 1. act. verbi ἀείρω, *effero*, *attollo*.

Ἠέλιος, ου, ὁ, *Sol*, Poët. pro ἥλιος. gen. Ion. ἠελίοιο, dat. ἠελίῳ.

Ἦεν, *erat*, pro ἦν vel ἦ, 3. sing. imperf. verbi εἰμὶ, *sum*. Vide ἦε.

Ἦεν, est 3. sing. perf. med. verbi εἰμί, *eo*: vide ἤε.

* Ἠέξευ, pro ηὔξευ, *crescebas*, 2. sing. imperf. ab ἀέξομαι, Callim. Hymn. in Jovem.

Ἠέος, et per Metath. ἑῆος, pro gen. sing. ab ἐΰς, *bonus*, *fortis*; et per Poët. Ectasin ἠΰς.

Ἠέπερ, *quam*; idem quod ἤπερ. Th. Poët. ἠέ.

Ἠέρα, *nebulam*, acc. sing. ab ἀήρ, Poët. pro ἀὴρ, *aër*, *caligo*. Vide ἠέρι.

Ἠερέθονται, 3. pl. præs. ind. et ἠερέθοντο, 3. pl. imperf. pass. verbi ἠερέθομαι, *attollor*, *suspensus sum*: Reperitur et ἀερέθομαι. Th. ἀείρω, *attollor*.

Ἠέρθην, et in 3. pl. ἠέρθησαν, a. 1. ind. pass. verbi ejusd.

Ἠέρι, dat. sing. Poët. pro ἀέρι, ab ἀὴρ, ἀέρος, ὁ, *aër*; et in f. g. *caligo*: hinc ἠερίη, ἡ, *matutina*.

Ἠερίβοια, ας, ἡ, nomen mulieris.

Ἤερκα, ας, ε, *sustuli*, præt. ind. act. et

Ἤερμαι, σαι, ται, *sublatus sum*; præt. pass. ἠέρμην, σο, το, *sublatus eram*; plusq. perf. ind. pass. ab ἀείρω, *attollo*.

Ἠεροειδεῖ, *obscuro*, dat. sing. ab

Ἠεροειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *obscurus*: ab ἠὴρ, ἔρος, Poët. pro ἀὴρ, *aër*, *caligo*; et εἶδος, εος, τὸ, *forma*. Th. εἴδω, *video*.

Ἤερτο, 3. sing. plusq. perf. pass. verbi ἀείρω, *attollo*.

Ἠερόεις, εντος, *tenebrosus*: ab ἠὴρ, ἔρος, pro ἀὴρ, *aër*.

Ἠεροφοῖτις, *per aërem means*, *vaga*, vel *quæ in tenebris vagatur*: ab

Ἠερόφοιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *aëreus*, vel *aërea*, quod ab ἠὴρ, Poët. pro ἀὴρ, *aër*, et φοιτάω, *eo*.

Ἤεσαν, *iverant*: Att. pro ᾔεισαν, 3. pl. plusq. p. ᾔειν, verbi εἶμι, *eo*.

Ἠετίων, ωνος, ὁ, *EETION*, nom. propr.

Ἠζάνθην, ης, η, a. 1. ind. pass. verbi ἀζαίνω, idem quod ἄζω, *sicco*.

Ἦην, *eram*, seu *erat*: Poët. ἔην, et Att. ἦν, imperf. verbi εἰμὶ, *sum*.

Ἠὴρ, ἔρος, ὁ καὶ ἡ, Poët. pro ἀὴρ, *aër*, *caligo*.

Ἦθα, *consuevi*: Att. pro εἴωθα, seu εἶθα, p. m. verbi ἔθω, *soleo*.

Ἠθάδα, *consuetam*, acc. sing. ab ἠθὰς, άδος, ὁ καὶ ἡ, *consuetus*. Th. ἦθος, *mos*.

Ἠθαῖος, ου, ὁ, Poët. pro συνήθης, εος, ὁ, *familiaris*: ab eod. Th.

Ἠθάνιον, ου, τὸ, *peculi* quoddam *genus*.

Ἠθὰς, άδος, ὁ καὶ ἡ, *familiaris*, *assuetus*. Th. ἦθος, *mos*.

Ἤθεα, pro ἤθεα, *mores*, *sedes*, *domicilia*: nom. vel acc. pl. ἤθεσι, dat. pl. ab ἦθος, εος, τὸ, *domicilium*, *indoles*.

Ἠθεῖ, pro ἠθεῖε, *venerande*: vox junioris ad seniorem, vocat. usit. ab.

Ἠθεῖος, per Proth. pro θεῖος, *venerandus*, *colendus*, *patruus*. Th. θεὸς, Deus.

Ἠθεῖν, vide ἤθω.

Ἤθελε, 3. sing. imperf. verbi θέλω, vel ἐθέλω, *volo*.

Ἠθέλησα, ας, ε, *volui*: et in 3. pl. ἠθέλησαν, a. 1. Att. verbi θέλω, vel ἐθέλω, fut. θελήσω.

Ἤθελον, ες, ε, imperf. ejusd. verbi.

Ἠθέω, f. ήσω. Vide in ἤθω.

Ἤθη, ων, τὰ, *mores*, pl. ab ἦθος.

Ἤθηκα, *colui*: perf. act. ab ἠθέω, seu ἤθω, *colo*: f. ἠθήσω, perf. part. pass. ἠθημένος.

Ἠθικὸς, ἡ, ὸν, *ETHICUS*, *moralis*: ab ἦθος.

Ἠθικὸς οἶνος, *vinum colatum*: ab ἤθω, *colo*, *-as*.

Ἠθικῶς, adv. *moralitèr*, *honestè*: ab ἠθικὸς, quod ab ἦθος.

Ἠθμὸς, οῦ, ὁ, *colum*, *cribrum*: ab ἤθω, *colo*, *-as*.

Ἠθοποιέω, -ῶ, *mores formo*, vel *fingo*; et

Ἠθοποιΐα, ας, ἡ, *morum fictio*, *affectuum expressio*, gen. pl. ἠθοποιϊῶν. ab ἦθος, *mos*, et ποιέω, *facio*.

Ἠθοποιὸς, οῦ, ὁ, *mores instituens*, vel *exprimens*, ab iisdem.

ἯΘΟΣ, εος, τὸ, *domicilium*, *consuetæ sedes*, *indoles*, *ingenium*, *morum proprietas*, *mores*. κατ' ἤθεα, *oppidatim*. Hes. Opp. 137. *benignitas*, Plat. intens. p. 709.

Ἠθύμουν, Att. pro ἐθύμουν, contr. pro -εον, imperf. act. verbi θυμόω, *ad iram provoco*. Th. θυμὸς, *ira*.

ἬΘΩ, f. ἤσω, p. ἦκα, seu ἠθέω, f. ἠθήσω, *colo*, *per colum mitto*: hinc ἠθμὸς, οῦ, ὁ, *colum*.

Ἤϊ, pro ἤϊε, *ivit*, 3. sing. ab ἤϊα, perf. med. Ion. et

Ἤϊεν, per solutionem pro ᾔειν, a plusq. p. m. ab εἶμι, *eo*.

ἨΙΘΕΟΣ, ου, ὁ, *adolescens*, *juvenis*, *cælebs*: q. ab αἴθω, quia calidioris sanguinis: vel ab ἀΐσσω, *impetuosè ruo*.

Ἤϊκτο, *similis erat*; 3. sing. plusq. p. pass. verbi εἴκω, *similis sum*; f. εἴξω, p. εἶκα, perf. pass. ἔιγμαι, εἶξαι, et per solutionem, versoque ε in η, ἤϊξαι. Sic in plusq. perf. ἠΐγμην, ἤϊξο, ἤϊκτο. Alii volunt esse 3. sing. plusq. p. pass. verbi ἀΐσσω, *ruo*. f. ἀΐξω.

Ἤϊμεν, per solutionem diphthon-

gi pro ἤμιν, q. per Sync. pro ἠΐ-μεν, 1. pl. plusq. p. m. ἤϊα, verbi εἶμι, eo.

'Ηΐξα, irrui; et in 3. pl ἤϊξαν, a. 1. ind. act. verbi ἀΐσσω, irruo; f. ξω, p. ἤϊχα.

'Ηΐξαι, similis factus es, 2. sing. perf. ind. pass. Vide ἤϊκτο.

'Ηϊόεις, εντος, per Sync. pro ἠϊόνεις, habens magnas ripas; in dat. ἠϊόεντι. Th. ἠϊὼν, όνος, ἡ, ripa, littus.

"Ηϊον, ου, τὸ, viaticum, esca: ab ἴω, seu εἶμι, eo: quia eundi fine datur.

"Ηϊον, imperf. vel a. 2. ab ἴω, vel εἴω, inusit. vado.

'Ηϊόν, pro ἠϊόνα, acc. sing. ab ἠϊὼν, ἠϊόνος, ἡ, littus, ripa.

'Ηϊόνεσι, dat. pl. Ion. ejusd. Th.

'Ηϊόνη, ης, ἡ, nom. mulieris.

'Ηϊονῆσαι, per solutionem diphthongi Ion. vel Poët. pro αἰονῆσαι, a. 1. inf. act. verbi αἰονάω, aspergo, perfundo.

"Ηϊος, ου, ὁ, jaculandi peritus: ab ἵημι, jacio: Epitheton Apollinis et Bacchi.

"Ηϊς, pro ἧς, et hoc pro αἷς, dat. pl. f. g. ab ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod.

"Ηϊσαν, iverunt; per Pleonasm. τοῦ η, pro ἴσαν, 3. pl. imperf. εἶν, verbi εἶμι, eo. Alii formant ab a. 1. εἶσα, et in 3. pl. εἶσαν, per solutionem diphthongi et ε verso in η, quasi ab εἴω. Alii volunt esse 3. pl. plusq. perf. m. dempto ε pro ἤεσαν, sed tunc ι deberet subscribi. Sunt qui velint esse 1. sing. imperf. ἴσην, Ion. ἴσαν, et Att. εἴσαν, et ι in η, mutato ἤισαν, sciebam: ab ἴσημι, cognosco.

'Ηΐσκε, assimilabat, 3. sing. imperf. verbi ἐΐσκω, assimilo. Th. εἴκω, similis sum.

'Ηΐστωσα, ας, ε, everti, a. 1. ind. act. verbi ἀϊστόω, memoriam alicujus aboleo, deleo: ab ἄϊστος, ου, ὁ ἢ ἡ, de quo nihil scire potes: ex α priv. et εἴδω, scio.

'Ηΐχθην, ης, η, excurri, a. 1. ind. pass. verbi ἀΐσσω, irruo; f. ξω, p. ἤϊχα.

"Ηϊχι, ubi, pro ἧχι, quod vide.

'ΗΙΩ'Ν, ονος, ἡ, littus, ripa: q. ab αἰονάω, aspergo. Alii ab ἀΐω, audio, quod resonet fluctibus.

'Ηκ', pro ἧκε, misit, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἵημι, mitto. Th. ἵω, idem.

"ΗΚΑ, et ut alii etiam legunt, ἦκα, adv. leniter, quietè, sensim: quod ab ἀκὴν, quietè.

'Ηκα, perf. act. verbi ἴδω, comedo, pro quo etiam ἔδηκα dicitur, et verbi ἔθω, soleo: necnon verbi ἄδω, colo: ἧκα, perf. act. ab ᾄδω, cano.

"Ηκα, a. 1. ind. act. verbi ἵημι, mitto: et perf. ab ἥδω, f. ἥσω, delecto: necnon perf. m. ab ἥκω, venio.

"Ηκαζον, assimilabam; imperf. Att. η, pro ει, verbi εἰκάζω, assimilo. Th. εἴκω, similis sum.

'Ηκαλὸς, quietus. Th. ἦκα, sensim, leniter.

"Ηκαχον, a. 2. ind. act. Att. pro ἤχον, verbi ἄχω, vel ἀκαχέω, doleo. Th. ἄχος, dolor.

"Ηκε, immisit, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi ἵημι, mitto; f. ἥσω, p. εἶκα, a. 2. ἧν. Potest etiam esse 3. imperf. vel a. 2. verbi ἥκω, venio.

"Ηκειν, εις, ει, plusq. p. pass. Att. pro εἴκειν. ab εἴκω, similis sum. Vel ut alii ab εἶμι, eo: perf. inus. εἶκα.

"Ηκεν vel ἤ κεν, adv. pro ἢ, aut, an; et

"Ηκεν, vel ἤ κεν, adv. certè.

'Ηκεσάμην, ω, ατο, medicinam adhibui: ἐθεράπευσα, Hesych. a. 1. m. ab. ἀκέομαι, sano; f. ἀκέσομαι.

'Ηκηκόειν, audieram, pro ἀκηκόειν, et in 3. pl ἠκηκόεισαν, Att. pro ἠκηκόεισαν, plusq. p. m. ab ἀκήκοα, perf. m. Att. verbi ἀκούω, audio; f. ούσω, p. ἤκουκα, p. m. ἤκοα, et Att ἀκήκοα.

'Ηκισάμην, ω, ατο, a. 1. m. verbi αἰκίζω, contumeliosè tracto, pulso; f. ίσω, p. ᾔκικα, perf. part. pass. ᾐκισμένος. Th. αἰκία, verbera, pulsatio.

"Ηκιστα, adv. minimè: ab

"Ηκιστος, η, ον, minimus. Th. ἦκα, sensim.

'Ηκολούθησα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi ἀκολουθέω, sequor; f. ήσω, p. ἠκολούθηκα. Th. ἀκόλουθος, pedissequus.

"Ηκομεν, 1. plur. præs. vel a. 2. vel imperf. act. verbi ἥκω, venio; f. ξω.

'Ηκόνημαι, sum acutus, perf. pass. verbi ἀκονάω, f. ήσω, acuo. Th. ἀκόνη, cos.

'Ηκονημένος, η, ον, part. superioris perfecti.

"Ηκυ, Ion. pro ἦκεν, certè.

"Ηκουκα, perf. act. verbi ἀκούω, audio; f. σω, p. m. ἤκοα. Att. ἀκήκοα.

"Ηκουσ', pro ἤκουσα, ας, ε, audivi; a. 1. act. ἠκούσθην, ης, η, a. 1. pass. ejusd.

'Ηκριβωμένος, η, ον, accuratus; perf. part. pass. verbi ἀκριβόω, planè cognosco. Th. ἀκριβὴς, diligens, accuratus.

'Ηκριβωμένως, adv. idem cum ἀκριβῶς, accuratè: à præced.

'Ηκρίβωσα, ας ε, a. 1. ind. act. verbi ἀκριβόω, f. ώσω, p. ἠκρίβωκα, exquiro. Th. ἀκριβὴς, exquisitus.

Μυσάττομαι, *abominor, aversor:* f. m. ξομαι, p. pass. μεμύσαγμαι a μύσος.

Μυσία, ας, ἡ, nomen regionis, Gr. a

ΜΥ΄ΣΟΣ, εος, τὸ, *scelus.*

Μυσὸς, οῦ, ὁ, *detestandus, abominandus.*

ΜΥ΄ΣΣΩ vel -ττω, Att. *MUNGO, emungo.*

Μύσταξ, ακος, ἡ, *superius labrum, et in eo nati pili.* Angl. MUSTACHES. a μύω.

Μυστήριον, ου, τὸ, *MYSTERIUM, res arcana:* a

Μύστης, ου, ὁ, *sacris initiatus, MYSTA.* Th. μύω, *instituo in sacris.*

Μυστικὸς, ἡ, ὸν, *mysticus, cui subest mysterium.*

ΜΥΣΤΙ΄ΛΗ, ης, ἡ, *buccea panis excavata quâ pulmentum aut jus hauritur; cochlear.*

Μυστίλλω, *in parva seco:* qu. εἰς μεῖον στίλλω, vide μιστύλλω.

Μύστρον, ου, τὸ, *cochlear:* a μυστίλη.

ΜΥ΄ΤΙΣ, ιδος, ἡ, *nasus,* propriè de magnis piscibus.

Μυττὸς, οῦ, quod et μύτης, *mutus:* q. a μύω, quia *os ei clausum.*

Μύττω, idem quod μύσσω,

Μυττωτὸν, οῦ, τὸ, *edulium quoddam ex acribus condimentis, alliatum.*

Μύχατος, η, ον, Poët. idem quod μύχιος, *abstrusus.* Th. μυχὸς, *penetrale.*

Μυχθίζω, *suspiro, ingemisco, irrideo:* a μύζω.

Μύχιος, ια, ιον, *intimus, abstrusus:* a

ΜΥΧΟ΄Σ, οῦ, ὁ, *penetrale, locus intimus, recessus, sinus maris, adytum.*

ΜΥ΄Ω, propriè *premo, comprimendo claudo, teneo, occludo;* hinc *conniveo, oculos claudo, labia comprimo;* f. σω, a. 1. ἔμυσα.

Μυὼν, ῶνος, ὁ, *musculus;* item *pars quæ præcipuè habet musculos.* Th. μῦς, *mus.*

Μυωπάζω. f. άσω, *nihil procul cerno:* a

Μύωψ, ωπος, ὁ καὶ ἡ, *connivens:* q. d. μύων ὦπας, *claudens oculos, luscio us.*

Μωκάομαι et ῶμαι, *irrideo, illudo.* Th. μῶκος.

Μωκάω, -ῶ, f. ήσω, et μωκίζω, f. ίσω, idem: à

ΜΩ΄ΚΟΣ, ου, ὁ, *fatuus, irrisor:* q. à μῶ, *quæro,* quòd in aliena semper *inquirat.* Hinc Angl. MOCK.

Μωλέω, ῶ, *pugno:* à

ΜΩ΄ΛΟΣ, ου, ὁ, *bellum, pugna, tumultus; ædificium in fluctibus exstructum, portus manu factus.*

ΜΩ΄ΛΥ, υος, τὸ, *MOLY,* herbæ nomen.

ΜΩ΄ΛΥΖΑ, ης, ἡ, *caput allii, genus allii.*

ΜΩ΄ΛΥΣ, υος, seu μῶλυξ, υκος, *indoctus, ignavus, tardus, remissus, hebes.*

Μωλύω, seu μωλύνω, *hebeto:* à μῶλυς.

ΜΩ΄ΛΩΨ, ωπος, ὁ, *vibex,* verberum in cute vestigium.

Μωμάσατο, Dor. et Ion. pro ἐμωμήσατο, 3. sing. a, 1. m. seq.

Μωμέομαι, vel μωμάομαι, *vitupero, reprehendo, derideo:* f. m. ήσομαι, a. 1. m. ἐμωμησάμην, a. 1. inf. m. μωμήσασθαι, a. 1. pass. ἐμωμήθην. a. 1. sub. pass. μωμηθῶ, ῆς, ῆ, a. 1. sub. m. μωμήσωμαι, η, ηται. Th. μῶμος, *dedecus.*

Μωμεύμενος, præf. par. pass. Dor. pro μωμούμενος. Sic μωμεῦνται, Dor. pro μωμοῦνται, 3. pl. præs. ind. pass. verbi μωμέομαι, q. v.

Μωμεύω, f. εύσω, *carpo, reprehendo:* idem cum μωμέομαι, et ab. eod. Th.

Μώμημα, ατος, τὸ, *dictum, quo aliquem reprehendimus* seu *irridemus; reprehensio, irrisio:* à 1. perf. perf. pass. verbi μωμέομαι.

Μωμήσαιτο, 3. sing. a. 1. opt. m. μωμήσασθαι, a. 1. inf. m. μωμήσωμαι, η, ηται, a. 1. sub. m. ejusd. verbi.

Μωμητὴς, οῦ, ὁ, *vituperator, reprehensor, irrisor:* et

Μωμητὸς, ἡ, ὸν, *vituperabilis:* à 3. perf. perf. pass. ejusd.

ΜΩ΄ΜΟΣ, ου, ὁ, *dedecus, probrum, macula, labes, infamia.* Item *MOMUS,* deus quidam, reliquorum deorum irrisor: et hinc *irrisor, vituperator.*

ΜΩ΄Ν, *num, nunquid, an, utrum:* et sequente μὴ vel οὐ, *nonne, annon.*

Μῶνος, α, ον, Dor. pro μόνος, η, ον, *solus.*

Μώνυξ, υχος, per Sync. pro μονώνυξ, *solidas ungulas habens:* ex μόνος, *solus,* et ὄνυξ, υχος, ὁ, *ungula.*

Μώνυχας, ejusd. acc. pl.

Μωραίνω, *infatuo, stultè ago;* f.

μωραίνω. a. 1. act. *ἐμώρανα*, Att. *ἐμώρηνα*, p. *μεμώραγκα*, præs. pass. *μωραίνομαι*, *infatuor*, *stultus fio*; p. pass. *μεμώρασμαι*, a. 1. pass. *ἐμωράνθην*, *ης*, *η*, et in sub. *μωρανθῶ*, *ῇς*, *ῇ*, a. 1. part. pass. *μωρανθεὶς*· à *μωρός*.

Μωρανθεὶς, a. 1. part. pass. *μωρανθῇ*, 3. sing. a. 1. sub. pass. præced.

* Μωρὲ, Mat. v. 22. *contumax*, vox Syriaca.

Μωρία, *ας*, *ἡ*, *stultitia*. Th. *μωρὸς*, *stultus*.

Μωρολογία, *ας*, *ἡ*, *stultiloquium*: a

Μωρολόγος, *ου*, *ὁ* ϰ *ἡ*, *stultiloquus*: ex *μωρὸς*, et *λόγος*, à *λέγω*, *dico*.

Μωρὸν, *τὸ*, substantivè, *stultitia*: à

ΜΩΡΟ'Σ, *ὰ*, *ὸν*, vel *μῶρος*. Att. *stultus*, *fatuus*: q. *μὴ ὁρῶν*, *nihil videns*.

Μωρῶς, adv. *stulte*: à *μωρὸς*,

Μῶσα, *ας*, Dor. pro *Μοῦσα*, *ης*, *ἡ*, *Musa*.

Μωσῆς, *ῦ*, *ὁ*, et Μωσεὺς, *εως*, *ὁ*, nom. Prophetæ.

Μῶσθαι, per Sync. pro *μώσασθαι*, dicitur esse Laconicum pro *ζητεῖν*· à *μάω*, *quæro*.

Μῶυ, *τὸ ὕδωρ*, *aqua*, Hesych.

Μωϋσῆς, *ῦ*, et Μωϋσεὺς, *έος*, *ὁ*, idem quod Μωσῆς, *Moses*, nomen Prophetæ.

N.

N, LITERA decima tertia apud Græcos; in numeris est *quinquaginta*, et cum lineolâ infrà positâ (ν,) *quinquaginta millia*.

Ναασὼν, *ὁ*, nomen viri, indecl. Hebr. q. interpret. Lat. *illustrans*.

Ναβὶν, *cubiculum*, *thalamus*: indecl.

ΝΑ'ΒΛΑ, *ων*, *τὰ*, NABLIA, instrumenta musica.

Ναβλὴ, *ῆς*, *ἡ*, *navis*.

Ναγγαὶ, *ὁ*, nomen viri, indecl. Hebr. q. interpret. Lat. *illustrans*.

Νᾶες, Dor. et Ion. pro *νῆες*, nom. pl. à *ναῦς*, *ναὸς*, *ἡ*, *navis*.

Ναέτης, seu *ναιέτης*, *ου*, *ὁ*, *incola*. Th. *ναίω*, *habito*.

Ναζαρῆνος, *αία*, *αῖον*, et Ναζαρηνὸς, *ἡ*, *ὸν*, NAZARENUS: item Ναζωραῖος, *ου*, Act. xxvi. 9.

Ναζαρὲθ, vel Ναζαρὲτ, *ἡ*, nomen urbis, indecl. Hebr. quod interpret. Lat. *surculus*.

Ναζωραῖος, *αία*, *αῖον*, NAZARÆUS.

Ναθὰν, *ὁ*, nomen Prophetæ, indecl. Hebr. quod interpret. Lat. *dedit*.

Ναθαναὴλ, *ὁ*, nomen viri, indecl. Hebr. quod interpret. Lat. *Deus dedit*.

ΝΑΙ', adv. *NÆ*, *profectò*, *imò*, *etiam*: *ναὶ μὰ τὸν*, &c. *certè per*, &c.

Ναῖε, pro *ἔναιε*, Ion. 3. sing. imperf. act. verbi *ναίω*, *habito*.

Ναίει, *incolit*, 3. sing. ind. præs. verbi *ναίω*, quod vide.

Ναίεσκε, *habitabat*, Poët. vel Ion. Epenth. *τῦ σκ*, pro *ἔναιε*, 3. sing. imperf. act. verbi *ναίω*, *habito*.

Ναιετάεσκον, *ες*, *ε*, per Epenth. Ion. pro *ἐναιέταον*, *ες*, *ε*, verbi *ναιετάω*, idem quod *ναίω*, *habito*.

Ναιετάουσα, præs. part. f. g. ejusd. verbi. Sic *ναιετάωσ'* pro *ναιετάουσι*, 3. pl. ind. præs. act.

Ναιετάω, idem quod *ναίω*, *habito*, *incolo*.

Ναιετάωσι, Poët. vel Ion. pro *ναιετῶσι*, 3. pl. præs. ind. vel, ut alii. Dor. pro *ναιετάουσι*, ejusd. verbi.

Ναῒν, *ἡ*, nomen urbis, indecl. Syr. *amæni*, *sc. agri*.

Ναίοισα, Dor. pro *ναίουσα*, *habitans*, præs. part. f. g. à *ναίω*· *ναίοισι*, Dor. et Æol. pro *ναίουσι*, *habitant*, 3. pl. præs.

Ναῖον, Ion. pro *ἔναιον*, *habitabant*, 3. pl. imperf. act. verbi *ναίω*.

ΝΑΙ'ΡΟΝ, *ου*, *τὸ*, *odoramentum quoddam*, quod immiscent unguentes.

ΝΑΙ'Ω, *habito*, *incolo*, *ναιετάω*, *-ῶ*, idem

Νάκη, *ης*, *ἡ*, idem cum

ΝΑ'ΚΟΣ, *εος*, *τὸ*, *pellis cum suo villo*, *vellus*: qu. à *νάσσω*, quia est aliquid *ναστὸν*, id est, *densè compactum*.

Νᾶμα, *ατος*, *τὸ*, *fluentum*, *latex*: dat. pl. *νάμασι* à *νάω*, *fluo*.

Νᾶν, Dor. pro *ναῦν*, *navem*.

ΝΑ'ΝΝΗ, *ης*, *ἡ*, *patris matrisve soror*. Angl NAUNT pro AUNT.

ΝΑΝΟ'Σ, *οῦ*, *ὁ*, NANUS, *pumidio*: hinc

Νανώδης, *εος*, *ὁ* ϰ *ἡ*, *pumilionis formam habens*: à præced.

Ναοὶ, nom. pl. à *ναὸς*, *οῦ*, *ὁ*, *templum*.

ΝΑΟ'Σ, *οῦ*, *ὁ*, et Att. *νεὼς*, *ὁ*, propriè *domicilium*; *templum*: q. à *ναίω*. *habito*: hinc *πρόναος*, *ου*, *ὁ*, *templi vestibulum*.

Ναοὺμ, *ὁ*, nomen viri indecl. Hebr. q. interpret. Lat. *verbum majestatis*.

ΝΑ'ΠΟΣ, *εος*, *τὸ*, seu *νάπη*, *ης*, *ἡ*, *saltus*, *clivus montis*, *locus cavernosus*, *vallis nemorosa*: q. ex *νὴ* et *φάος*, quòd *locus tenebricosus sit*. Vel à *νάω*, *fluo*.

ΝΑ'ΠΥ, *υος*, *τὸ*, *sinapi*.

ΝΑ'ΡΔΟΣ, *ου*, *ἡ*, NARDUS, frutex.

Ναρθήκιον, *ου*, *τὸ*, NARTHECIUM, *liber medicamentarius*, *vas medicamentarium*: à *νάρθηξ*.

Ναρθηκοφόρος, *ου*, *ὁ* ϰ *ἡ*, *ferulam ferens*: ex *φέρω*, et seq.

ΝΑ'ΡΘΗΞ, *ηκος*, *ὁ*, *arbor quædam*, *ferula*.

ΝΑ'ΡΚΑΦΘΟΝ, *ου*, *τὸ*, *odoramenti genus*, q. ex *νάρδος*, et *καίω*.

Ναρκάω, et *-έω*, f. *ήσω*, *torpeo*, *obtorpesco*: à

ΝΑ'ΡΚΗ, *ης*, *ἡ*, *torpedo*, piscis genus: item *torpor*, *veternus*.

Νάρκημα, *ατος*, *τὸ*, et

Νάρκησις, *εως*, *ἡ*, *torpor*: à p. pass. verbi *ναρκάω*, quod videas.

Νάρκισσος, *ου*, *ὁ*, nom. viri. Gr. NARCISSUS: et in f. g. pro *flore* sumitur: à *νάρκη*, i. e. *torpore*, quem suo odore affert.

Ναρκόω, f. *ώσω*, *torpore afficio*, Th. *νάρκη*, *torpor*.

Ναρκώδης, *εος*, *ὁ* ϰ *ἡ*, *torpidus*: ab eod.

Νάρκωσις, *εως*, *ἡ*, *torpefactio*: et

Ναρκωτικὸς, *ὴ*, *ὸν*, *torpefaciendi vim habens*: à p. pass. verbi *ναρκόω*, quod vide

ΝΑ'ΡΤΑΛΟΣ, *ου*, *ὁ*, *vasis genus*.

ΝΑ'ΡΤΗ, *ης*, *ἡ*, NARTA, *planta odorata*: an à *νάρδῳ*?

Νάσατο, Ion. et *νάσσατο*, Poët. 3. sing. a. 1. m. pro *ἐνάσατο*, verbi *νάω*, *habito*, a. 1. infin. m. *νάσασθαι*. Th. *ναίω*, idem.

Νάσθην, *ης*, *η*, Ion. pro *ἐνάσθην*, &c. a. 1. ind. pass. verbi *νάω*, pro *ναίω*, *habito*.

Νασιώτας, *ου*, *ὁ*, Dor. pro *νησιώτης*, *ου*, *ὁ*, *insulanus*, *insulæ incola*. Th. *νῆσος*, *ου*, *ἡ*, *insula*.

Νᾶσος, Dor. pro *νῆσος*, *ου*, *ἡ*, *insula*.

Νάσσα, Ion. et Poet. pro *ἔνασα*, a. 1. ind. act. verbi *νάω* pro *ναίω*, *habito*.

Νάσσατο, vide in *νάσατο*.

ΝΑ'ΣΣΩ, f. *νάσω* et *νάξω*, *premo*, *comprimo*, *farcio*: *νενασμένος*, *refertus*, *plenus*.

Ναστὸς, *ἡ*, *ὸν*, *confertus*, *densus*; *firmus*, ut turris: à præced.

Ναυαγέω, q. d. *τὴν ναῦν ἄγνυμι*, *navem frango*, *naufragium facio*: f. *ήσω*, p. *νεναυάγηκα*, a. 1. *ἐναυάγησα*.

Ναυαγήσασι, dat. pl. a. 1. part. act. *ναυαγήσας*, *αντος*, verbi *ναυαγέω*.

Ναυαγία, *ας*, *ἡ*, *naufragium*: et

Ναυάγιον, *ου*, *τὸ*, idem, et *fragmentum navis*, *tabulæ ex naufragio*: à

Ναυαγὸς, *ῦ*, *ὁ*, *naufragus*: ex *ναῦς*, *navis*, et *ἄγω*, *frango*.

Ναυαρχέω, ῶ, f. ήσω, *classi præsum* : à ναύαρχος.

Ναυαρχία, ας, ἡ, *præfectura classis* : ab eod.

Ναύαρχος, ου, ὁ, *NAVARCHUS*: ex ναῦς, et ἀρχὴ.

Ναυάτης, ου, ὁ, *NAVITA*, corruptè legit. pro

Ναυβάτης, ου, ὁ, *qui navem scandit, nauta* : ex ναῦς, et βαίνω, *scando*.

Ναυηγεῖν, Ion. pro ναυαγεῖν, et

Ναυηγίη, Ion. pro ναυαγία, *naufragium, calamitas* : et

Ναυήγιον, Ion. pro ναυάγιον, et

Ναυηγὸς, Ion. pro ναυαγὸς, *naufragus*.

* Ναυκληρία, ας, ἡ, *navicularia*, sive *navis locatio ad merces vehendas*. Vide Salm. de usur. c. 17. p. 516. *navium gubernatio, nautica vita* : à seq.

Ναύκληρος, ου, ὁ, *NAUCLERUS*, *navis dominus* : ex ναῦς, *navis*, et κλῆρος, *sors, hæreditas*,

Ναύκραροι, ων, οἱ, *magistratus quidam Athenienses, Reipub. principes magistratus*.

Ναυκράτης, εος, ὁ ϗ ἡ, *qui*, scil. *classe pollens, maris imperium obtinet, qui classis præsidio locum aliquem tenet, vel occupat* : ex ναῦς, et κρατέω.

Ναυκράτωρ, ορος, ὁ, *qui navibus præest, gubernator* : ex iisdem.

Ναύλη, idem quod ναῦλα.

Ναῦλον, ου, τὸ, *NAULUM*, *merces quæ* pro *navigatione persolvitur*. Th. ναῦς.

Ναυλοχέω, f. ήσω, *in portu maneo* : à

Ναύλοχος, ου, ὁ ϗ ἡ, *naves continens* : subst. *statio navium, portus*. ex ναῦς, *navis*, et λόχος, *lectus* ; vel λόχος, *insidiæ*.

Ναυμαχέω, *navale prælium committo* : à ναυμάχος.

Ναυμαχία, ας, ἡ, *navale prælium* : ab eod.

Ναύμαχος, ου, ὁ ϗ ἡ, *navali prælio aptus* : ex ναῦς, et μάχομαι, *pugno*.

Ναυμάχος, ου, ὁ ϗ ἡ, *navale prælium committens* : ex iisdem.

* Ναῦν, *navem*, acc. sing. et Poët. νηῦν, νῆα vel νέα, à ναῦς, *navis*.

Ναύπακτος, ου, ἡ, *NAUPACTUS*, urbis nomen.

Ναυπηγεύμενος, Dor. pro ναυπηγούμενος, præs. part. pass. à

Ναυπηγέω, f. ήσω, *naves fabricor* : à ναυπηγὸς,

Ναυπηγήσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, *fabricandis navibus aptus* : ab eod.

Ναυπηγία, ας, ἡ, *navium fabricatio* : à ναυπηγὸς,

Ναυπηγικὸς, ἡ, ὸν, *ad navium fabricationem pertinens* : à præced.

Ναυπήγιον, ου, τὸ, *locus, ubi naves compinguntur* : ab eod.

Ναυπηγὸς, ῦ, ὁ, *navium fabricator* : ex ναῦς, *navis*, et πηγνύω seu πήγνυμι, *compingo*, p. m. πέπηγα.

ΝΑΥ͂Σ, ναὸς, ἡ, *NAVIS*, Ion. νηῦς, νηὸς, dat. νηῒ, q. à νάω, *fluo*.

Ναυσίθοος, ου, ὁ, nom. viri, q. *qui navi currit* : ex ναῦς, et θέω, *curro*.

Ναυσίνοος ου, ὁ, nomen viri, q. *cujus animus est in navibus* : ex ναῦς, *navis*, et νόος, *mens*.

Ναυσίπορος, ου, ὁ ϗ ἡ, *navibus pervius, navigabilis* ; ex ναῦς, et πόρος.

Ναυσίστονος ὕβρις, *ignominia quæ propter cladem acceptam classi gemitum et luctum adfert* : ex ναῦς, *navis*, et στόνος, *gemitus*.

Ναυσιφόρητος, ου, ὁ ϗ ἡ, Pind. *qui navibus vehitur* : ex ναῦς, et φέρω, *fero*.

Ναύσταθμον, ου, τὸ, necnon.

Ναύσταθμος, ου, ὁ, *navium statio, navale* ; *navales copiæ* ; ex ναῦς, *navis*, et σταθμὸς, *statio*, quod ab ἵστημι, *statuo*.

Ναυστολέω, ῶ, f. ήσω, *navem mitto, duco, rego, guberno, navi vehò, permeo, proficiscor* : ex ναῦς, et στέλλω, *mitto*.

Ναύτης, ου, ὁ, *NAUTA* ; pro quo Poëtæ, præsertim Tragici, ναυάτης, ῦ, ὁ, *NAVITA*. Th. ναῦς, ἡ, *navis*.

Ναυτία, et Ion. ναυτίη, ας, ἡ, *NAUSEA* : ναυτίασις et ναυσίασις, εως, ἡ, idem. Th. ναῦς, *navis*.

Ναυτιάω, et ναυσιάω, et -όω, *NAUSEO*, metaph. *respuo, quasi nauseans*. à ναυτία.

Ναυτικὸς, ἡ, ὸν, *NAUTICUS* : *rei nauticæ peritus* : τὸ ναυτικὸν, *res nautica, copiæ navales, classis* : à ναῦς, *navis*.

Ναυτιλία, ας, et Ion. ης, ἡ, *navigatio* : et

Ναυτίλλομαι, *navigo*. à seq.

Ναυτίλος, ου, ὁ, idem quod ναυτικὸς, ῦ, ὁ, *nauticus* vel *nauta* ; item *NAUTILUS*, piscis. Th. ναῦς, *navis*.

Ναυτιώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, *nauseam faciens, fastidiosus*. Th. ναῦς.

ΝΑ'ΦΘΑ, ης, ἡ, *NAPHTHA*, *oleum Medeæ, bitumen*.

Νάω, *habitare facio* ; a. 1. ἔνασα, et Poët. ἔνασσα, *habitare feci, collocavi* ; a. 1. pass. ἐνάσθην, a. 1. m. ἐνασσάμην, *habitavi*.

Νάω, *fluo* ; *mano, scaturio*.

Ναῶν μάχη, ἡ, Poët. pro ναυμαχία, ἡ, *navalis pugna*.

Νὲ, in compositione negat. *NE* brevis Lat.

Νέα, et νῆα, Ion. et Poët. pro ναῦν, acc. sing. à ναῦς, ναὸς, ἡ, *navis*, Est etiam

Νέα, f. g. à νέος, quod vide.

Νεάζει, *juvenis est*, 3. sing. ind. præs. à

Νεάζω, f. άσω, *juvenesco*. Th. νέος, *novus, juvenis*.

Νεὰν, ᾶνος, ὁ : item

Νεανίας, ου, ὁ, *adolescens, audax, validus*. Th. νέος, *novus, juvenis*.

Νεανικὸς, ἡ, ὸν, *juvenilis* ; *strenuus* ; *audax* ; *vehemens* : comp. νεανικώτερος, superl, -ώτατος· à præced.

Νεανικῶς, adv. *juveniliter* ; *strenuè* : à præced.

Νεανισκεύω, *juvenesco* : à νεανίσκος.

Νεᾶνις, seu νεᾶνις, ιδος, ἡ, *juvencula* : et

Νεανίσκος, ου, ὁ, *juvenis, adolescentulus* : à νεὰν.

Νεάπολις, εως, ἡ, nom. urbis ; Gr. quod interpret. Lat. *nova urbs*.

Νεαρὸς, ρὰ, ρὸν, *novus, recens, juvenis, juvenilis*. Th. νέος, *novus*.

Νέας, *naves*, pro νῆας, accusativ. pl. Ion. à ναῦς.

Νέασις, εως, ἡ, *novatio, renovatio*. à νεάω.

Νέαται, *habitantur, structa sunt*, detracto augmento pro νενέαται, Ion. pro νένηνται, 3. pl. perf. pass. verbi νέω, *struo* : vel à νέω, Ion. pro νάω vel ναίω, *habito*.

Νέατος, Ion. Sync. pro νεώτατος, *novissimus*. Th. νέος, *novus*.

Νεατὸς, ἡ, ὸν, *novatus, novalis*, subst. *tempus renovandi agrum* : à seq.

Νεάω, ῶ, *novo*, in primis *agrum*. à νέος.

Νέβαλ, *uter, amphora*. Vox Hebræa, retenta à LXX. 1 Sam. i. 24.

Νεβρὶς, ίδος, ἡ, *NEBRIS*, *hinnuli* aut *cervi pellis* : et indè

Νέβρισσα, serpentis genus à maculis sic dictum : à præced. Th.

Νεβρὸς, ῦ, ὁ, *hinnulus, pullus cervi*: νεβρῶ, Dor. pro νεβρῦ, et νεβρὼς pro νεβρὺς.

Νεέλασσα, *exultat, læta est* : vox Hebr. Iob. xxxix. 13.

Νεεμὰν, nomen viri, indecl. Syriac. q. interpret. Lat. *amœnus*.

Νέεσθαι, *redire*, præs. inf. à νέομαι vel νέω, *eo, redeo*.

Νέηαι, Ion. pro νέῃ, *eas*, 2. sing. præs. sub. m. verbi νέομαι vel νέω, *eo, redeo*.

Νεήκεσι, dat. pl. Poët. à

Νεήκης, εος, ὁ ϗ ἡ, *recentèr acutus* : ex νέος, *novus*, et ἀκὴ, *cuspis*.

Νεήλυς, υδος, ὁ ϗ ἡ, *qui nuper advenit* : ex νέος, *novus*, et ἐλεύθω, pro quo in præs. ἔρχομαι, *venio* : f. med. ἐλεύσομαι, a. 2. ἤλυθον.

Νεηνίας, Ion. pro νεανίας, *juvenis*, et

Νεῆνις, Ion. pro νεᾶνις, ιδος, ἡ, *juvencula.*

Νεῖ, *net*: 3. sing. ind. præs. verbi νέω, *neo*: f. νήσω.

Νειαίρη, ης, Ion. pro νειαίρα, ας, ἡ, *pars ima ventris.*

Νειαρὸς vel νεαρὸς, *novus, ultimus,* Th. νέος, idem.

Νέατος, *infimus, ultimus*: per Syncopen pro νεώτατος, superl. à νέϊος pro νέος, *novus, recens.*

Νείκεα, ut et νείκε', acc. pl. à νεῖκος, εος, τὸ, *rixa.*

Νεικεῖ, *contendit*: 3. sing. præs. ind. à νεικέω. Th. νεῖκος.

Νεικείεσκεν, Ion. Epenth. τοῦ ιεσκ, Paragogeque τοῦ ν pro ἐνείκει, 3. sing. imperf. act. verbi νεικέω, Poët. pro νεικέω, *rixor*: ab eod. Th.

Νεικέῃ, et Ion. Paragoge τοῦ σι νεικέῃσι, *vincat, probris affecerit*: 3. sing. præs. sub. act. ejusd. verbi.

Νεικεστὴρ, ῆρος, ὁ, *objurgator, convitiator*: à 3. pers. perf. pass. verbi

Νεικέω, et Poët. νεικείω, *rixor, objurgo*: f. ήσω et έσω. Th. νεῖκος.

Νείκησεν, et νείκεσεν, Ion. pro ἐνείκησε, ἐνείκεσε, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi præced.

ΝΕΙ῀ΚΟΣ, εος, τὸ, *rixa, jurgium, contentio; bellum*: q. à νῖ, et εἴκων.

* Νειλομέτρον, ου, τὸ, Strabo, et Νειλοσκοπεῖον, ου, τὸ, *Nili specula, eum in finem prope Memphim extructa, ut incrementa et decrementa fluvii observentur, incolisque maturè significentur.* D. S.

Νεῖλος, ου, ὁ, *NILUS*, Aegypti fluvius.

Νείμας, αντος, *qui tribuit*: a. 1. part. act. νείματο, 3. sing. a. 1. m. Ion. verbi νέμω, *tribuo*: a. 1. ἔνειμα.

Νεῖμεν vel νεῖμε, *tribuit*: 3. sing. a. 1. Ion. pro ἔνειμε, ejusd. verbi.

Νειόθεν, per Sync. pro νειατόθεν, adv. *ex imo*: et

Νειόθι, adv. per Sync. pro νειατόθι, *in imo fundo*: à νειος· et

Νεῖον, ου, τὸ, Ion. pro νέον, ου, τὸ, *novale*; item adv. pro *nuper*: et

Νειὸς, οῦ, ὁ, idem quod νεὸς, *ager renovatus, novalis, novale*: à

Νεῖος, idem ac νέος, *recens, novellus*: superl. νειότατος, *novissimus, infimus.*

Νείσεαι, Ion. pro νείσῃ, 2. sing. præs. sub. med. νείσσεο, Ion. pro νείσσου, præs. imperat. med. à

Νείσσομαι, *eo, proficiscor*: à νέω, *eo.*

Νείσσονται, 3. pl. præs. ind. med. præced. verbi.

Νεῖται, *redit*: 3. sing. præs. med. verbi νέομαι, à νέω, *eo, redeo.*

Νείφω, *ningo*, perf. med. νένοφα. à νίφω.

Νειχθεὶς, a. 1. part pass. à νείσσομαι, *redeo.*

Νεκάδεσσιν, *mortuis*, dat. pl. Ion. à

Νεκὰς, άδος, ἡ, *cadaverum acervus*: νεκάδες, *mortui*, Th. νεκρὸς, *mortuus.*

Νεκρικὸς, ὴ, ὸν, *funebris*: ab eodem.

Νεκρομαντεία, ας, ἡ, *vaticinatio quæ fit evocatis mortuis, NECROMANTIA*, barbarè *nigromantia*, quo vocabulo nos perindè ac cæteræ gentes decepti, itidem appellamus BLACK ART. ex νεκρὸς, *mortuus*, et μάντις, *vates.*

Νεκρομαντεῖον, ου, τὸ, *vaticinium ex evocatis mortuis*: ex iisd.

• ΝΕΚΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *mortuus, cadaver ipsum.*

Νεκρόω, *occido, interimo*: f. ώσω, p. νενέκρωκα, a. 1. ἐνέκρωσα, a. 1. imperat. act. νέκρωσον, άτω, p. pass. νενέκρωμαι, perf. part. pass. νενεκρωμένος, η, ον, Th. νεκρὸς.

Νεκρωθεὶς, έντος, *neci datus*: a. 1. part. pass. ab ἐνεκρώθην, a. 1. pass. verbi præced.

Νέκρωσις, εως, ἡ, *occisio*: à 2. pers. perf. pass. verbi ejusd.

ΝΕ'ΚΤΑΡ, αρος, τὸ, *NECTAR*, *potus Deorum.*

Νεκτάρεος, έα, Ion. έη, εον, *NECTAREUS, nectaris suavitatem referens*: à præced.

ΝΕ'ΚΥ'ΔΑΛΟΣ, *insectum quoddam.*

Νέκυες, *defuncti, manes*: νεκύεσσι, dat. pl. Ion. νεκύων, gen. pl. à νέκυς, υος, idem cum νεκρὸς, *mortuus.*

Νεκυμαντεία, ας, ἡ, id. ac νεκρομαντεία, et

Νεκυομαντεῖον, ου, τὸ, et

Νεκυομαντήϊον, ου, τὸ, Ion. pro νεκυομαντεῖον, idem ac νεκρομαντεῖον, *oraculum, in quo mortui de re aliquâ consuluntur*: ex νέκυς, et μάντις, *vates.*

Νέκυς, υος, ὁ, *defunctus; cadaver*: gen. pl. νεκύων. Th. νεκρὸς.

Νεμεὰς, άδος, ἡ, Poët. pro Νεμεαία, *NEMEÆA.*

Νέμει, *tribuit*: 3. sing. præs. νέμειν, præs. inf. à νέμω, quod vide.

Νεμεαῖος, αία, αῖον, *NEMÆUS*: à Νεμέα, ας, ἡ, nomen regionis.

Νεμέη, ης, ἡ, Ion. pro Νεμέα, ἡ, nomen regionis: à νέμος, εος, τὸ, *nemus.*

Νέμειον ἄγαλμα, *Nemæum ornamentum.*

Νεμεσάσαι, Dor. pro νεμεσήσαι, 3. sing. aor. 1. opt. act. à

ΝΕΜΕΣΑ'Ω, ῶ, *indignor, irascor: invideo; indignationem formido, timeo; irritum facio hostis consilium, spem*: f. ήσω, p. νενεμέσηκα, a. 1. ind. pass. ἐνεμεσήθην.

Νεμεσητικὸς, ὴ, ὸν, *ad indignationem propensus*: et

Νεμεσητὸς, ὴ, ὸν, *reprehensibilis*, Poët. νεμεσσητὸς; à νεμεσάω, *irascor.*

Νέμεσθαι, præs. inf. pass. à νέμω, *pasco.*

Νεμεσίζῃ, 2. sing. præs. subj. pass. à

Νεμεσίζω vel -ομαι, *reprehendo, indignor, revereor.* Th. νεμεσάω.

Νέμεσις, εως, ἡ, *indignatio; reprehensio; cum quâdam invidiâ indignatio; indignatio ob sceleratum facinus; ultio Divina, vindicta*: item *NEMESIS*, nomen Deæ insolentiam hominum reprimentis. Th. præced.

Νεμεσσᾷ, Poët. pro νεμεσᾷ *indignè fert*: 3. sing. præs. ind. verbi νεμεσάω, *indignor.*

Νεμεσσατὸς, Dor. pro νεμεσσητὸς, quod vide.

Νεμέσσηθεν, pro νεμεσήθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass. Sic νεμεσσήθην, Ion. pro ἐνεμεσσήθην, a. 1. pass. verbi νεμεσάω, *indignor.*

Νεμεσσητὸς, ὴ, ὸν, Poët. pro νεμεσητὸς, ὴ, ὸν, *reprehendendus, a, um*: ab eod.

Νεμηθεὶς, *tributus*: a. 1. part. pass. verbi νέμω, *tribuo*: f. νεμῶ, perf. pass. νενέμημαι, a. 1. pass. ἐνεμήθην.

Νέμονται, *fruuntur*: 3. pl. præs. ind. pass. νέμομαι, verbi νέμω.

Νέμος, εος, τὸ, *NEMUS, locus arboribus densus*: à

• ΝΕ'ΜΩ, *tribuo, distribuo*: νέμομαι, *tribuor, dividor*, interdum *divido, portior*: νέμω et frequentius νέμομαι, *possideo, habeo, colo; νέμω, pasco; νέμομαι, pascor; νέμω, administro, guberno*: dicitur ut Lat. *tribuo*, pro *concedo, largior*: f. νεμῶ, p. νενέμηκα, a. 1. ἔνειμα, p. m. νένομα.

Νένασται, Dor. pro νένησται, perf. ind. pass. verbi νάω, *scaturio.*

Νενέαται, Ion. pro νένηνται, 3. pl. perf. ind. pass. verbi νέω vel νάω.

Νενέμηκα, *distribui*; perf. act. verbi νέμω, quod vide.

Νένηκα, *nevi*; perf. act. verbi νήθω, *neo*; f. νήσω, perf. pass. νένημαι et νένησμαι, p. part. pass. νενημένος et νενησμένος. Th. νέω, *neo.*

ΝΕΝΙ'ΗΛΟΣ, *cæcus, attonitus, vecors.*

Νενίκανται, Dor. pro νενίκηνται,

3. pl. perf. pass. verbi νικάω, *vinco*.

Νενίκημαι, part. pass. νενικημένος, perf. part. pass. ejusd. verbi.

ΝΕ'ΝΝΟΣ, ου, ὁ, *patruus, avunculus*.

Νεννὸς, ἡ, ὸν. *stolidus*; quasi ex νὴ, et νόος, *mens*.

Νενόμισμαι, perf. ind. pass. et

Νενομισμένος, η, ον, perf. part. pass. verbi νομίζω, *puto*; *moribus instituo*. Th. νόμος, *lex*.

Νενοσσευμένα, legendum νενοσσευμένα, perf. part. pass. à νοσσεύω, *nidifico*. Th. νεοσσὸς, *pullus*.

Νένοται, per Sync. pro νενόηται, *excogitatum est*: 3. sing. perf. pass. verbi νοέω, *cogito*.

Νένοφα, perf. m. verbi inus. νίφω, pro quo νείφω.

Νενώμεθα, per Synæresin Ion. pro νενοήμεθα. et νένωται, pro νενόηται, 1. pl. et 3. singul. perf. pass. verbi νοέω, *cogito*.

Νεοαρδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *nuper irrigatus*; ex νέος, *novus*, et ἄρδω, *irrigo*; f. σω.

Νεόγαμος. ου, ὁ ϗ ἡ, *qui recens uxorem duxit*, vel *recens nupta*. ex νέος, et γαμέω, *uxorem duco*.

Νεογενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *nuper natus*; ex νέος, et γίνομαι, *nascor*.

Νεογιλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *infans modo natus*; à præced.

Νεογιλὸς, ἡ, ὸν, idem, et ab eod.

Νεόγραπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *nuper pictus*. ex νέος, et γράφω, *scribo*.

Νεόγυιος, ου, ὁ καὶ ἡ, *qui juvenilia membra habet, juvenis*; ex νέος, *juvenis*, et γυῖον, ου, τὸ, *membrum*.

Νεόδματος, ου, ὁ, Dor. pro

Νεόδμητος, ου, ὁ ϗ ἡ, *recens exstructus*; item *nuper domitus, recens nupta*, i. e. νεοδάματος· ex νέος, *novus*, et δέμω, *struo*; vel δαμάω, *domo*.

Νεόδρεπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, *recens decerptus*: ex νέος, et δρέπω, *decerpo*: f. ψω.

Νεοθαλὴς et νεοθηλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *nuper virens et pullulans*; item *recens*: ex νέος, et θάλλω, *floreo*.

Νεοίη, ης, ἡ, *juvenilis ætas*: à νέος, *juvenis*.

Νέοικος, ου, ὁ καὶ ἡ, *recens conditus et habitatus*; item, *qui recens alicubi ædes habere cœpit*; *in novâ urbe domum habens*: ex νέος, et οἶκος, *domus*,

Νεοκηδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *recentem dolorem habens*; dat. sing. νεοκηδεῖ. ex νέος, *novus*, et κῆδος, εος, τὸ, *cura*.

Νεόκλωστος, ου, ὁ καὶ ἡ, *recens contextus*; ex νέος, et κλώθω, *neo*.

Νεόκτιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, *recens conditus*; ex νέος. et κτίζω, *condo, creo*.

Νεόκτονος, ου, ὁ ϗ ἡ, Poët. *recens interfectus*; ex νέος, *novus*, et κτείνω, *interficio*: perf. med. ἔκτονα.

Νεολαία ας, ἡ, *juvenum cœtus, juventus*. Th. νέος, *juvenis*.

Νέομαι, *neo, nato, vado*. Th. νέω, idem.

Νεομηνία, et contractè νουμηνία, ας, ἡ, *nova luna*. vel *novus mensis*, aut *prima dies mensis, calendæ*; ex νέος, *novus*, et μήνη, *luna*; item à μὴν, *mensis*.

Νέον, *nuper*, adv. νεωστὶ, Att. idem. Th. νέος, *novus*.

Νεόπηκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, *nuper compactus*; ex νέος, et πήγνυμι, *compingo*.

Νεόπλυτος et νεοπλύντος, ου, ὁ ϗ ἡ, *recens lotus*; ex νέος, *novus*, et πλύνω, *lavo*,

ΝΕ'ΟΣ, νέα, νέον, *NOVUS, novellus, recens, juvenis*; qu. à νῦν, *nunc*; comp. νεώτερος. α, ον, *junior*; pl. num. αἱ νεώτεραι, *juvenculæ, minores natu*,

Νεοσίγαλος, ου, ὁ, *propter novitatem et excellentiam admirandus*; adeò ut eum audienti silentium præ admiratione pariat. Homerus talem σιγαλόεντα appellaret. Ex νέος, et σιγάω, *sileo*.

Νεόσμηκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, *nuper tersus* vel *politus*; ex νέος, et σμάω vel σμήχω, *abstergo, purgo*.

Νεοσσεύω, et Att. νεοττεύω, *nidulor, nidifico*, Th. νεοσσὸς, ῦ, ὁ, *pullus*.

Νεοσσιὰ, ας, ἡ, *nidus avium*; à νεοσσὸς.

Νεοσσίον, ου, τὸ, *parvus pullus*; dimin. à

ΝΕΟΣΣΟ'Σ, et Att. νεοττὸς, ῦ, ὁ, *pullus, avicula, vitellus*; *nidus*.

Νεοσσὸς, Dor. pro νεοσσοῦς.

Νεότας, ατος, Dor. leg. pro νεότης, q. v.

Νεοτευχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *nuper factus*; ex νέος, et τεύχω, *fabrico*.

Νεότης, ητος, ἡ, *juventus*. Th. νέος, *juvenis*.

Νεοτήσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, *juvenilis*; ab eod. Th.

Νεότμητος, ου, ὁ ϗ ἡ, *recens sectus*; ex νέος, et τέμνω, *seco*; perf. pass. τέτμημαι.

Νεοτριβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *recens tritus*; ex νέος, et τρίβω, *tero*.

Νεοττία, ας, ἡ, Att. pro νεοσσία.

Νεοττίον, ου, τὸ, id quod νεοσσίον, q. v.

Νεοττοποιέομαι, οῦμαι, *pullos gigno*; f. med. ήσομαι. Hinc. a. 1. part. med. νεοττοποιησάμενος. ex νεοσσὸς seu -ττὸς, ὁ, *pullus*, et ποιέω, *facio*.

Νεοττὸς, ῦ, ὁ, Att. pro νεοσσὸς, *pullus*.

Νεουρέω, *secundo vento utor*; ex ναῦς, et οὖρος, *ventus secundus*.

Νεούτατος, ου, ὁ ϗ ἡ, *recens vulneratus*; ex νέος, et οὐτάω, f. ήσω, *vulnero*.

Νεόφυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, *nuper consitus* seu *plantatus*; apud Script. Eccl. νεόφυτος de eo dicitur, *qui nuper ad fidem Christianam accessit*; ex νέος, et φύω.

Νεοχμέω, -ῶ, *res novas molior*; à seq.

Νεοχμὸς, ῦ, *novus, qui integris est viribus*. à νέος.

* Νεόχριστος οἶκος *domus nuper incrustata, nuper calce arenâque perpolita*; ex νέος, et χρίω, *ungo*. D.S.

Νεόω, -ῶ, fut. ώσω, *novo, innovo*; à νέος.

ΝΕ'ΠΟΔΕΣ, ων, οἱ. *filii, progenies, NEPOTES*.

Νέποδες, ων, οἱ, *carentes pedibus, euntes ut pisces, pisces*; ex νὴ et πῦς, *pes*.

Νέρθε et νέρθεν, per Aphær. pro ἔνερθεν, *infra*, adv. et hinc

Νέρτερος, έρα, ερον, *inferior*; pro ἐνέρτερος.

Νέστορα, acc. sing. à Νέστωρ.

Νεστορίδης, ῦ, ὁ, *NESTORIDES*: patronym. à

Νέστωρ, ορος, ὁ, *NESTOR*, nom. propr.

Νεῦμα, ατος, τὸ, *nutus*; à νεύω, *innuo*.

Νεῦμαι, Dor. pro νέομαι, -ῦμαι, vel Ion. pro fut. m. νεύσομαι.

Νεύμεθα, Dor. pro νεόμεθα. quod per Enallagen pro fut. νευσόμεθα, *redibimus*; à νέω, *redeo*.

Νεύοιεν, *nutabunt, vergent*; 3. pl. opt. præs. à νεύω, *innuo*; præs. part. νεύων, ουσα, ον.

Νευρὰ, ᾶς, ἡ, et Ion. ῆς, *nervus, arcus*. Th. νεῦρον, ου, τὸ, *nervus*.

Νευρείη, ης, ἡ, Poët. pro præced.

Νευρῆς, gen. Ion. ab eodem.

Νευρὶς, ίδος, ἡ, idem cum νεῦρον, *nervus*.

Νευροκοπέω, -ῶ, *enervo, nervis præcido*; ex νεῦρον, et κόπτω, *scindo*.

ΝΕΥ'ΡΟΝ, ου, τὸ, *NERVUS in corpore animalium*; *chorda in arcu*; νεῦρα, *nervi*; *vires*; *fides*.

Νευρόσπαστος. ου, ὁ ϗ ἡ, *qui nervorum artificialium tractu movetur*; ex νεῦρον, *nervus*, et σπάω, *traho*.

Νεῦσ' et νεῦσε, Ion. pro ἔνευσε, *annuit*; 3. sing. a. 1. act. verbi νεύω, *innuo*; f. σω, p. νένευκα, a. 1. part. νεύσας, αντος.

Νεῦσις, εως, ἡ, *nutus*; à 2. perf. perf. pass. verbi præced.

Νευστάζω, fut. άσω, *nuto, caput concutio*; ab eodem. Th.

Νευστικὸς, ἡ, ὸν, idem cum

Νευστὸς, ἡ, ὸν, *natans*. Th. νέω, f. νεύσω, *nato*.

ΝΕΥ´Ω, *NUO*, *innuo*, *annuo*; *promitto*; *vergo*; f. σω, p. κα.

Νέφεα, nom. pl. νεφέεσσι, dat. pl. Ion. à νέφος, εος, τὸ, *nubes*.

Νεφέλη, ης, ἡ, et Dor. νεφέλα, *NEBULA*, *nubes*; ab eod. Th.

Νεφεληγερέταο, gen. Æol. à

Νεφεληγερέτης, ου, ὁ, *nubes excitans*, *vel cogens*; Jovis Epithet. voc. ὦ νεφεληγερέτα· ex νέφος, et ἐγείρω, *excito*, vel ἀγείρω, *colligo*.

Νεφέλιον, ου, τὸ, *nubecula*; dimin. à νεφέλη. Th. νέφος.

Νεφέλῃσιν, dat. pl. Ion. à νεφέλη, *nubes*.

Νεφθαλείμ, ὁ, nomen viri indecl. Hebr. qu. interpret. Lat. *lucta*.

ΝΕ´ΦΟ´Σ, εος, τὸ, *NUBES*, *nebula*; per Metaph. *magna multitudo*.

Νεφρῖτις, ιδος, ἡ, *morbus* seu *affectus renum*: à sequente.

ΝΕΦΡΟ´Σ, οῦ, ὁ, *ren*; *vota et sensa animi* in Sacris.

ΝΕ´Ω, *eo*, *redeo*; usitatum νέομαι, f. m. νεῦμαι, *redibo*; inf. med. νεῖσθαι, *redire*.

ΝΕ´Ω, f. νεύσω, *nato*.

ΝΕ´Ω, νεῖς, νεῖ, *neo*, *filum duco*, seu *torqueo*; inf. νεῖν, *nere*; f. νήσω.

ΝΕ´Ω, *glomero*, *acervo*, *cumulo*. Ab hujus f. νήσω habemus a. 1. ἔνησα, 3. pl. ἔνησαν, *cumularunt*, inf. νῆσαι, *cumulare*, perf. part. pass. νενημένος, *cumulatus*.

Νεωκόρος, ου, ὁ, *ædituus*; ex νεὼς, ὼ, ὁ, Att. pro ναὸς, *templum*, et κορέω, *scopis purgo*.

Νεώμεθ' pro νεώμεθα, *redeamus*; 1. pl. sub. pass. νέομαι, seu νέω, *redeo*.

Νεωμένη, praes. part. pass. f. g. à νεόω, *renovo*. Th. νέος, *novus*.

Νέως, adv. *nuper*; ab eod. Th.

Νεὼς, ὼ, ὁ, Att. pro ναὸς, οῦ, ὁ, *templum*; hinc νεῶν, gen. pl. pro ναῶν.

Νεώσοικοι, οἱ, *navalia*, q. d. *navium ædes*; ex ναῦς, *navis*, gen. Ion. νηὸς, Att. νεὼς, et οἶκος, ου, *domus*.

Νεωστὶ, adv. *nuper*. Th. νέος, *novus*.

Νεωτερίζεσθαι, præs. inf. pass. à

Νεωτερίζω, *res novas molior*; *immuto*; *novam rationem ineo*; *juniorum mores sequor*. Th. νέος.

Νεωτερικὸς, ἡ, ὸν, *juvenilis*. à seq.

Νεώτερος, ου, *junior*, *minor natu*; superl. νεώτατος. à νέος.

ΝΗ´, *per*: adv. affirmandi et jurandi, cum acc. νὴ Δία, *per Jovem*. in compos. *priv.* interdum *intendit*.

Νῆ', pro νῆα, acc. Poët. pro ναῦν, *navem*: à nom. ναῦς, Ion. νηῦς, νηὸς, dat. pl. νήεσσι.

Νήαιθος, ου, ὁ, *NEÆTHUS*: nom. fluvii.

ΝΗΓΑ´ΤΕΟΣ, ου, ὁ ϗ ἡ, *novus*, *nuper factus*.

Νήγρετος, ου, ὁ, *ex quo quis excitari nequit*: ex νη, et ἐγείρω, *excito*.

Νηδύια, τὰ, *intestina*: à νηδὺς, ύος, ἡ, *venter*.

Νήδυμος, ου, ὁ, *suavis*: per Pleonasm. τοῦ ν, pro ἥδυμος. Th. ἡδὺς, *suavis*.

Νηδυόφιν, Poët. adv. *ex utero*. Th. νηδὺς, ύος, ἡ, *venter*.

ΝΗΔΥ´Σ, ύος, ἡ, *venter*, *uterus*.

Νήεσσ', pro νήεσσι, dat. pl. Ion. et Poët. à ναῦς, et Ion. νηῦς, *navis*.

Νηέω, ῶ, f. ήσω, *glomero*, *acervo*, *cumulo*.

Νηήσας, a. 1. part. act. νηήσασθαι, a. 1. inf. med. νηησάσθω, a. 1. imperat. med. verbi νηέω.

Νήθω, *neo*, *filum è colu duco*; f. νήσω, p. νένηκα, perf. pass. νένησμαι. Th. νέω, *neo*.

Νηΐ, dat. sing. à ναῦς, Ion. νηῦς, *navis*.

Νήϊα, τὰ, *navalia*; à

Νήϊος, ία, ιον, vel νήϊος, ου, ὁ ϗ ἡ, *navalis*; à νηῦς.

Νῆϊς, ιδος, ὁ ϗ ἡ, *inscius*, *rudis*, *timidus*; ex νη, priv. et εἴδω, *scio*.

* Νηῒς, *Naïs una Nympharum Naïdum*; Κυλλήνην Νηΐδα νύμφην, Dion. Hal. Ant. i. 13. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. v. 21.

Νήκεστον, *insanabiliter*; adv. ex νη, negandi particulâ, et ἀκέομαι, *sano*.

Νηκουστέω, ῶ, f. ήσω, *non audio*; ex νη, et ἀκούω, *audio*.

Νηκτὸς, ἡ, ὸν, *natans*; à νέω, *nato*.

Νηλεγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *sævus*; q. ex νη, et ἀλέγω, *curo*.

Νηλεὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, et τὸ νηλεὲς, *crudelis*, -*le*. *sævus*, *immisericors*. Dicitur et νηλειὴς, et νηλὴς, έος: dat. singul. νηλεῖ, ex νη, priv. et ἔλεος.

Νηλεῖ, dat. sing. à νηλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ. *immitis*; vel per Sync. pro νηλέϊ, dat. à νηλεὴς, quod vide.

Νηλειὴς, idem quod νηλεὴς, quod vide.

Νηλεόποινος, ου, ὁ ϗ ἡ, *crudeli supplicio puniens*; ex νηλεὴς, *immitis*, et ποινὴ, ης, ἡ, *pœna*.

Νηλιστὸς, ου, ὁ ϗ ἡ, pro νήλευστος, *invisibilis*; ex νη, et λεύσσω, *video*.

Νηλήϊος, possessivum à Νηλεὺς. Vide Πηληϊάδης.

Νηλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, pro νηλεὴς, quod vide.

Νήλιπος, ου, ὁ ϗ ἡ, *discalceatus*: ex νη, et ἦλιψ, *calceus*.

Νηλιτὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *peccati expers*: ex νη, et ἀλιτέω, *pecco*.

Νῆμα, ατος, τὸ, *filum*; à νέω, *neo*.

Νημερτὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *verus*; ex νη, et ἁμαρτάνω, *pecco*; f. ήσω, a. 2. 2. ἥμαρτον, Est et

Νημερτὴς, nomen propr. mulieris.

Νηνεμία, ας, ἡ, *tranquillitas ventorum*; à

Νήνεμος, ου, ὁ ϗ ἡ, *venti vacuus*, *serenus*, *tranquillus*: ex νη, et ἄνεμος, *ventus*.

Νήξει, dat. sing. νήξεις, acc. pl. à

Νῆξις, εως, ἡ, *natatio*: à νήχω, *nato*.

Νήξομαι, *navigabo*: f. 1. m. verbi νήχω.

Νηοῖς, *templis*: Ion. pro ναοῖς. à ναὸς, οῦ, ὁ, *templum*. Sic νηὸν, pro ναόν.

Νηοπόλος, ου, ὁ, *ædituus*, *qui circa templum versatur*: ex νηὸς pro ναὸς, et πολέω, *versor*.

Νηὸς, *navis*: gen. Ion. pro ναὸς, à ναῦς, ἡ, dat. pl. νηυσὶ. et

Νηὸς, Ion. pro ναὸς, ὁ, *templum*.

Νηπεδανὸς, ἡ, ὸν, *firmus*: ex νη, et ἠπεδανὸς, *debilis*, *infirmus*: q. ἀπεδανὸς· ex α priv. et πέδον, ου, τὸ, *solum*, *terra*.

* Νηπευθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *non sciscitandus*, Orpheus apud Macrob. Saturn. i. 18. ex νη, et πεύθομαι, *sciscitor*.

Νηπιέα, ας, ἡ, *infantia*, *stultitia*: et

Νηπιάζω, *pueriliter ago*, *infans sum*: f. άσω, p. νενηπίακα, a. 1. ἐνηπίασα. Th. νήπιος, *infans*.

Νηπιαχεύω, *pueriliter me gero*, *instar vagientis doleo*: ex νήπιος, et ἀχεύω, *doleo*. Th. ἄχος, εος, τὸ, *dolor*.

Νηπίαχος, ου, ὁ, idem quod νήπιος, *infans*.

Νήπιε, voc. sing. à νήπιος.

Νηπιέη, ης, ἡ, *infantia*: dat. sing νηπιέῃ. et

Νήπιον, ου, τὸ, *infans*, *infantia*: à

ΝΗ´ΠΙΟΣ, ου, ὁ, *infans*, per Metaph. *imprudens*, *stultus*: ex νη, priv. et ἔπος, *verbum*.

Νηπιότης, ητος, ἡ, *infantia*; à præced.

Νήπλεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, *incomptus*, *inornatus*: ex νη, et πλεκτὸς, *nexus*.

Νήποινος, ου, ὁ ϗ ἡ, *impunitus*: ex νη, et ποινὴ, *pœna*.

Νηπύτιος, ία, ιον, *stultus*, *infans*. Th. νήπιος, idem.

Νηρεὺς, ῆος et έος, ὁ, nomen viri. Gr. νηρὸς, *humidus*.

Νηρὶ, ὁ, nomen viri, indecl. Hebr, *lucerna.*

Νήριθμος, ου, ὁ καὶ ἡ, *innumerabilis:* ex νη, et ἀριθμὸς, ου, ὁ, *numerus.*

ΝΗ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, *fruticis species:* circa amnes nascens, q. à νηρὸς, *humidus.*

Νηρίτης, ὁ, *NERITA, concha quædam natans:* à νέω, *no.* Vid. Ἀνηρίτης.

Νήριτος, vel νήριστος, ου, ὁ καὶ ἡ, *de quo non est contentio:* quod ex νη, et ἐρίζω, *contendo.* Th. ἔρις, ιδος, ἡ, *lis.*

ΝΗΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *humidus, cavus.* Est et

Νηρὸς, pro νεαρὸς, *recens:* à νέος, *novus.*

Νῆσαι, *cumulare:* a. 1. inf. act. νήσαντο, 3. pl. a. 1. m. Ion. verbi νέω, *glomero.*

Νησαίη, ης, ἡ, nomen mulieris: à νῆσος, *insula.*

Νησίον, ου, τὸ, *parva insula:* ab eod.

ΝΗ῀ΣΟΣ, ου, ἡ, *insula:* q. à νέω, *no.*

* Νησοφύλακες, *insulæ custodes,* ex νῆσος, et φύλαξ, *custos.* D. S.

ΝΗ῀ΣΣΑ, seu νῆττα, ας, ἡ, *ANAS:* q. à νέω; *quia* natare amat.

Νηστεία, ας, ἡ, *jejunium, inedia:* à seq.

Νηστεύω, *jejuno:* f. εύσω, p. νενήστευκα, aor. 1. ἐνήστευσα, a. 1. part. νηστεύσας, ασα, αν. Th. νῆστις.

ΝΗ῀ΣΤΙΣ, ιος, ὁ καὶ ἡ, *jejunus:* qu. ex νη, priv. et ἐσθίω, *edo.*

Νησὼ, ἡ, nomen mulieris.

Νήτην, adv. *frustrà, inutiliter.*

Νῆτος, *ultimus:* contractè à νέατος, ου, *novissimus.* Th. νέος, *novus.*

Νητρεκὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, *verus, certus:* ex νη, *valdè,* et ἀτρεκὴς, *verus.*

Νηῦν, acc. sing. Ion. pro ναῦν, *navem.* à ναῦς, ἡ, *navis.*

Νηυσὶ, dat. pl. Ion. ab eod.

Νήϋτμος, ου, ὁ καὶ ἡ, *halitûs et spiritûs expers:* ex νη, priv. et ἀϋτμή.

Νηφαίνω, *sobrius sum.* Th. νήφω.

Νηφάλεος, et νηφάλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, *sobrius, vigilans.* Th. νήφω.

Νηφαλιότης, ητος, ἡ, *sobrietas.* à præced.

Νήφουσι, dat. pl. part. præs. act. vel 3. pl. præs. ind. à

ΝΗ'ΦΩ, *sobrius sum, vigilo:* f. ψω, p. νένηφα, a. 1. ἔνηψα, a. 1. imperat. νῆψον, άτω, et in 2. pl. νήψατε, q. ex νη, et πίω, *non bibo.*

Νήχετο, *natabat.* 3. sing. imperf. pass. Ion. verbi νήχω.

Νῆχον *natabat,* 3. pl. imperf. act. Ion. verbi νήχω, *nato,* νηχόμενος, præs. part. m.

Νήχυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *latè fluens, diffusus:* ex νη *intendente.* et χύω, seu χέω, *fundo.*

Νήχω, f. νήξω, usitatius νήχομαι, *no, nato:* à νέω.

Νήω, *accumulo.* Th. νέω, idem.

Νηὸς, Dor. et Ion. νηοὺς, pro ναοὺς, acc. pl. à ναὸς, *templum.*

Νίγερ, ὁ, cognomen Prophetæ. Lat. *niger.*

ΝΙΓΛΑΡΟ'Σ, *musici modulaminis genus.*

Νίζω, Tarentinorum linguâ pro νίπτω, *lavo,* propriè de manibus.

Νικᾷ, 2. sing. præs. Sed

Νίκα, *vince,* præs. imperat. act. à νικάω, *vinco.*

Νικᾶν, præs. inf. ab eod.

Νικάνωρ, ορος, ὁ, nomen Diaconi. Gr. *vir victoriæ.*

Νικασῶ, ᾶς, ᾶ, Dor. pro νικησῶ, et hoc pro νικήσω, *vincam,* f. 1. à νικάω, *vinco.*

Νικᾶσαι, Dor. pro νικῆσαι, a. 1. inf. act. et

Νικάσαις, Æol. pro νικήσας, a. 1. part. act. *qui vicit, victor.* Sic et

Νικάσας, Dor. pro νικήσας, αντος, a. 1. part. à νικάω, *vinco.*

Νικασεῖν, f. 1. inf. Dor pro νικήσειν, verbi ejusd.

Νικάτω, *vincat;* 3. sing. præs. imperat. act. ejusdem.

Νικαφορία, ας, Dor. pro νικηφορία, ας, ἡ, *victoriæ adeptio.* Sic

Νικαφόρος, Dor. pro νικηφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, *qui victoriam reportat.* Ex νίκη, et φέρω, *fero.*

ΝΙΚΑ'Ω, ῶ, *VINCO, supero, antecello:* q. ex νη, et εἴκω, *cedo:* f. ήσω, p. νενίκηκα, a. 1. ἐνίκησα, a. 1. sub. νικήσω, ῃς, ῃ, a. 1. inf. act. νικῆσαι.

Νίκη, ης, ἡ, *victoria:* à præced.

Νικῇ, Dor. pro νικᾷ, *vincit:* 3. sing. præs. act. verbi νικάω.

Νικηθεὶς, εῖσα, ὲν, *victus,* a. 1. part. pass. ejusd.

Νίκημα, ατος, τὸ, *victoria:* à νικάω.

Νίκημι, pro νικάω, *vinco.*

Νικήσας, νικήσασα, *superans,* a. 1. part. act. m. et f. g. à νικάω.

Νικητήριον, ου, τὸ, *victoriæ præmium, palma:* à

Νικητήριος, ία, ιον, *ad victoriam pertinens:* à

Νικητὴς, οῦ, ὁ, *victor:* à νικάω.

Νικητικὸς, ὴ, ὸν, *vincendi peritus; cui sæpè contingit vincere; qui magni est ad victoriam momenti.* à præced.

Νικηφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, *qui victoriam reportat:* ex νίκη, et φέρω, *fero.*

Νικόδημος, ου, ὁ, nom. viri Gr. *populi domitor.*

Νικόκλης, εος, ὁ, nom. propr.

Νικολαΐτης, ου, ὁ, *NICOLAITA,* assecla Nicolai: a

Νικόλαος, ου, ὁ, vel Att. Νικόλεως, ω, ὁ, nomen viri. Gr. *populi victor.*

Νικοποιέω, ῶ, *victoriam facio:* ex νίκη, et ποιέω.

Νικοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, *victoriam faciens:* ex iisdem.

Νικόπολις, εως, ἡ, nomen urbis. Gr. *civitas victrix:* ex νίκη, et πόλις.

Νῖκος, εος, τὸ, *victoria: finis* LXX. εἰς νῖκος, *in perpetuum.* Th. νικάω, *vinco.*

Νικῷεν, Att. Contract. pro νικάοιεν, 3. pl. præs. opt. à νικάω, *vinco.*

Νὶν, *ipsum, am, um;* vide μίν.

Νινευὶ, ἡ, *Nineve,* nom. urbis, indecl. Heb. *amœna habitatio.*

Νινευΐτης. ου, ὁ, et in pl. Νινευῖται, ῶν, *Ninevitæ:* à præced.

Νιόβη, ης, ἡ, *NIOBE,* nom. mul.

Νιπτὴρ, ῆρος, ὁ, *pelvis, malluvium:* à

ΝΙ'ΠΤΩ, act. *lavo, abluo:* propriè *de manibus,* f. ψω, p. νένιφα, a. 1. ἔνιψα, a. 1. sub. νίψω, ῃς, ῃ, præs. m. νίπτομαι, *abluo,* f. 1. m. νίψομαι, a. 1. m. ἐνιψάμην, ω, ατο, a. 1. imperat. m. νίψαι, άσθω, a. 1 sub. m. νίψωμαι, ῃ, ηται, a. 1. inf. med. νίψασθαι, a. 1. part. m. νιψάμενος, *qui se lavit, lotus.*

Νίσσομαι, vel νέσσομαι, *eo, vado, redeo.* Th. νέω, *eo.*

Νισσομένης, gen. sing. part. præs. m. f. g. à præced.

Νίσσοντ', pro νίσσοντο, *revertebantur,* 3. pl. imperf. Ion verb. νίσσομαι, quod vide.

ΝΙ'ΤΡΟΝ, ου, τὸ, *NITRUM,* sali simile.

Νίφα, per Apocopen pro νιφάδα, acc. sing. et

Νιφάδεσσι, dat. pl. Ion. pro νιφάσι, à

Νιφὰς, άδος, ἡ, *nix confertim et cum vehementi impetu decidens:* Metaph. *multitudo.* [* ab obsoleto νὶψ, νίφος, undè Lat. *nix,* et νίφω, *ningo,* Græv. *ad* Hes. Op. 535.]

Νιφετὸς, οῦ, ὁ, idem quod præced.

Νιφόεις, όεσσα, όεν, *nivosus:* à

ΝΙ'ΦΩ, et νείφω, *NINGO, madefacio:* νίφομαι, *nive conspergor.*

Νίψαι, a. 1. imperat. m. à νίπτω, *lavo:* f. ψω.

Νιψάμενος, *lotus,* a. 1. part. m. ejusd. verbi.

Νιψάτωσαν, 3. pl. a. 1. imperat. act. verbi νίπτω, *lavo.*

Νοῇ, νοῇ, *sapit*, 3. sing. præf. sub. à νοέω, *cogito*. Th. νόος.

Νόει, *cogita*, præf. imperat. act. à νοέω.

Νόεις, præf. part. pro νοεὶς, Æolicè retracto accentu à νόημι, pro νοέω, *cogito*.

Νοέοντι, Dor. pro νοέουσι, *cogitant*; vide νοέω.

Νοεῦσ', pro νοέουσι, 3. pl. præf. ind. act. à νοέω, *cogito*.

Νοεύσῃ, dat. sing. part. præf. f. g. à νοέω, *cogito*, præf. part. νοέων, ῶν, νοέουσα, οῦσα.

Νοερὸς, ρὰ, ρὸν, *intelligens*, *rationis capax*.

Νοεῦντες, Dor. pro νοοῦντες, *cogitantes*, nom. pl. præf. part. act. à

Νοέω, *intelligo*, *cogito*; *scio*; *sapio*; *video*, *cerno*; præf. imperat. νόει, νόει; νοείτω, νοείτω, f. νοήσω, p. νενόηκα, a. 1. ἐνόησα, a. 1. sub. νοήσω, ῃς, ῃ, a. 1. inf. act. νοῆσαι, p. pass. νενόημαι. Th. νόος, νοῦς, ὁ, *mens*.

Νοηθὲν, ἐντος, τὸ, a. 1. part. pass. n. g. à præced.

Νόημα, ατος, τὸ, *intellectus*; *cogitatio*; *consilium*, *inventum*, *machinatio*; *mens*, *ingenium*; à νοέω.

Νοήμων, ονος, ὁ ἡ, *mentis compos*, *prudens*; item nom. propr.

Νοήσας, αντος, a. 1. part. act. νοῆσαι, a. 1. inf. à νοέω.

Νόησε, Ion. pro ἐνόησε, 3. sing. a. 1. ind. act. et

Νοήσῃ, 3. sing. a. 1. sub. act. à νοέω, f. ήσω.

Νόησις, εως, ἡ, *ipsa actio cogitandi*; *cogitatio*; *intelligentia*. à νοέω.

Νοητικὸς, ἡ, ὸν, *intelligendi facultate*, seu *vi*, *præditus*; à seq.

Νοητὸς, ἡ, ὸν, *intelligibilis*: *qui mente percipitur*, *nec sub sensum cadit*; à νοέω.

Νοητῶς, adv. *prudenter*: à præced.

Νοθεία, ας, ἡ, qu. dic. *spuritas*. *degeneratio*; à

Νοθεύω, *adultero*, *corrumpo*, *alieno*, *decipio*; à

ΝΟ'ΘΟΣ, ου, ὁ, *NOTHUS*, *non legitimus*.

Νομαδικὸς, ἡ, ὸν, *pascuis vivens*, *pastoralis*. Th. νέμω, *pasco*.

Νόμαιον, ου, τὸ, à νόμος, *mos*, *ritus*, *institutum*.

Νομαῖος, αία, αῖον, *in pascuis degens*; *veniens ab armento*; à νομή.

Νομάρχης, ου, ὁ, *provinciæ præfectus*; ex νομὸς, *præfectura*, et ἀρχή.

Νομάδες, *Nomades*, *populi Scythiæ et Libyæ*, *Numidæ*.

Νομὰς, ἀδος, ὁ ἡ, *in pascuis degens*. à νομή.

Νομεῖς, εῖς, οἱ, pro *navium costis*; Herodot.

* Νομίημαι, ῦμαι, *dilanio*.

Νομεὺς, ἑος, ὁ, *pastor*; *dator*: *tributor*. Th. νέμω, p. m. νένομα, *pasco*, *tribuo*.

Νομεύω, f. εύσω, *pasco*. Th. νέμω.

Νομέω, *possideo*, *acquiro*. ab eod.

Νομὴ, ῆς, ἡ, *distributio*; *possessio*; *pabulum*, *pastus*; à νέμω.

Νομίζω, *lege sancio*; item *existimo*; [* *habeo in usu*;] *justa facio*; imperf. ἐνόμιζον, ες, ε, f. ίσω, perf. νενόμικα, a. 1. ἐνόμισα, a. 1. sub. νομίσω, ῃς, ῃ, a. 1. part. act. νομίσας: νομίζομαι, *soleo*: à νόμος.

Νομικὸς, ἡ, ὸν, *ad leges pertinens*; *jurisperitus*, *jurisconsultus*; et

Νόμιμον, ου, τὸ, *consuetum jus*; à

Νόμιμος, ιμη, ιμον, vel ου, ὁ ἡ, *legitimus*, *ad leges pertinens*; *æquus*; *peritus*, de Historicis et Philosophis: à νόμος, lex.

Νομίμως, adv. *legitimè*: à præced.

Νομιοῦμεν, 1. pl. f. 1. ind. act. Att. Vide νομιῶ.

Νομίσαι, a. 1. inf. act. et

Νομίσας, αντος, a. 1. part. et

Νομίσητε, 2. pl. a. 1. sub. act. verbi νομίζω, *existimo*, quod vide.

Νόμισμα, ατος, τὸ, *NUMISMA*, *nummus legitimus*, cujus *pretium* νενόμισται, hoc est, *lege sancitus est*. [* νόμισμα, ἐν τοῖς μέτροις, *recepta ad usitatam mensuram*, τὸ νομιζόμενον μέτρον. Salm. de usur. c. xv. p. 437. Sub imperatoribus Byzantinis, *solidus aureus*; si de nummo argenteo dicitur, addunt ἀργυροῦν. Gul. Clarke de Nummis, p. 180.] *mos receptus*, *consuetudo*. à νομίζω. Th. νόμος, *lex*.

Νομιστέος, *existimandus*, verb. à νομίζω, *puto*.

Νομιῶ, f. Att. pro νομίσω, verbi νομίζω.

Νομογραφέω, ῶ, *leges scribo*: à νομογράφος.

Νομογραφία, ας, ἡ, *legum scriptio*: ab eod.

Νομογράφος, ου, ὁ ἡ, *legum scriptor*, *legislator*; ex νόμος, et γράφω.

Νομοδιδάσκαλος, ου, ὁ, *legis doctor*, *professor juris*; ex νόμος, et διδάσκαλος.

Νομοθεσία, ας, ἡ, *legis constitutio*; *legislatio*; *sanctio*; ex νόμος, et θέσις, *positio*.

Νομοθετέω, *legem fero*, *sancio*, *promulgo*; f. ήσω, p. νενομοθέτηκα, a. 1. ἐνομοθέτησα, perf. pass. νενομοθέτημαι, *sancitus fui*; plusq. p. ind. pass. ἐνενομοθετήμην, ησο, ητο. à seq.

Νομοθέτης, ου, ὁ, *legislator*; ex νόμος, et τίθημι, *pono*.

Νομοθετήσεια, ας, ε, a. 1. opt. Æol. verbi νομοθετέω, *leges sancio*, quod vide.

ΝΟ'ΜΟΣ, ου, ὁ, *lex*, quia suum cuique νέμει; *consuetudo*, *mos*, *institutum*; *cantilena*; at

Νομὸς, οῦ, ὁ, idem quod νομὴ, *pabulum*; *sedes*, *quam quis incolit*; *regio*, *præfectura*, *provincia*.

Νομοφύλαξ, ακος, ὁ ἡ, *legum custos*; in pl. νομοφύλακες, *legum custodes*, seu *præsides*; ex νόμος, *lex*, et φύλαξ, *custos*.

ΝΟ'ΟΣ, νοῦς, ὁ, *mens*; *cogitatio*: *prudentia*: gen. ου, νοῦ, dat. νόῳ, νῷ, acc. νόον, νοῦν, voc. νόε, νοῦ.

Νοσέοντι, *laborant*, *ægrotant*, Dor. pro νοσοῦσι, 3. pl. à νοσέω.

Νοσερὸς, ρὰ, ρὸν, *morbidus*, *morbosus*. Th. νόσος.

Νοσέω, *ægroto*, *insanio*: præf. inf. νοσεῖν, f. ήσω, p. νενόσηκα, a. 1. part. νοσήσας, ασα, αν: à νόσος.

Νοσηλεία, ας, ἡ, *cura ægri*: et

Νοσηλεῖα, ων, τὰ, *officia et remedia quæ ægroto præstantur*: à seq.

Νοσηλεύω, f. εύσω, *ægrotantem curo*: à νόσος, *morbus*.

Νόσημα, ατος, τὸ, *ægritudo*: à νοσέω.

Νοσηματικὸς, ἡ, ὸν, *valetudinarius*, *morbosus*: à præced.

Νοσοκομεῖον, ου, τὸ, *locus in quo ægroti curantur*: à seq.

Νοσοκομέω, ῶ, *ægrotos curo*: à

Νοσοκόμος, ου, ὁ ἡ, *qui vel quæ ægrotos curat*: ex νόσος, et κομέω.

ΝΟ'ΣΟΣ, ου, ἡ, *morbus*, *vitium*, *pestis*: qu. νὴ, et σόος, *sanus*.

Νοσσάδας ὄρνις, pro νεοσσάδας ὄρνιθας. Vide νεοσσὸς, *pullus*.

Νοσσεύω, f. εύσω, *nidulor*.

Νοσσιὰ, ᾶς, ἡ, *nidus*. Th. νεοσσὸς, *pullus*.

Νοσσίον, ου, τὸ, *pullus*: à νεοσσὸς, *pullus*.

Νοσσοποιέω, ῶ, f. ήσω, *nidum struo*: ex νοσσὸς, et ποιέω.

Νοσσὸς, pro νεοσσὸς, *pullus*.

ΝΟΣΤΕ'Ω, ῶ f. ήσω, *redeo*, *eo*, *proficiscor*.

Νοστήσω, *redibo*, f. 1. à νοστέω, *redeo* hinc νοστήσας, a. 1. part. act.

Νόστιμος, ου, ὁ ἡ, *rediturus*, vel *qui redire potest*: *suavis*, *dulcis*. [* νοστιμώτερον ὕδωρ, *aqua dulcior*. Jos. B. J.] νόστιμον ἦμαρ, *dies reditus*.

Νόστος, ου, ὁ, *reditus*; item *dulcedo*: ab eod. Th. [* νόστος πάλιν, *retrorsum reditus*, Eurip. Supplic. 1209.]

ΝΟ'ΣΦΙ, *seorsùm*, *sine*; νόσφι θεῶν, *exceptis Diis*.

Νοσφίζομαι, *subduco*; *depeculor*; *prævaricor*: f. med. ίσομαι, a. 1.

m. ἐνοσφισάμην, ω, ατο, a. 1. inf. m. νοσφίσασθαι, med. à

Νοσφίζω, *ſeparo, ſegrego:* à νόσφι.

Νοσφισθεὶς, εῖσα, ὲν, *ſeparatus,* a. 1. part. paſſ. præcedentis.

Νοσῶν, *ægrotans,* præſ. part. act. à νοσέω.

Νοτερὸς, ρὰ, ρὸν, *humidus:* à νοτὶς.

Νοτία, ας, ἡ, idem quod νοτὶς, ίδος.

Νοτίζω, *humecto,* item *humore madeo:* à νοτὶς, *humor.*

Νότιος, *humidus:* à νοτὶς, *humiditas;* item *auſtralis, auſtrinus:* à νότος, *auſter.*

ΝΟΤΙ'Σ, ίδος, ἡ, *humor, humiditas.*

Νότοιο, gen. Ion. à

ΝΟ'ΤΟΣ, ου, ὁ, *NOTUS, auſter.*

Νουβυστικὸς, ἡ, ὸν, *prudens, mentis plenus:* vox jocularis: ex νοῦς, *mens,* et βύζω ſeu βύω, *impleo.*

Νουθεσία, ας, ἡ, *admonitio:* ex νοῦς, *mens,* et θέσις, *poſitio.*

Νουθετέω, *admoneo, caſtigo:* f. ήσω, p. νενουθέτηκα, a. 1. ἐνουθέτησα, a. 1. inf. act. νουθετῆσαι. ex νοῦς, et τίθημι.

Νουθέτημα, ατος, τὸ, *admonitio, commonitio:* à præced.

Νουθετικὸς, ἡ, ὸν, *admonitionem pertinens:* à νουθετέω.

Νουμηνία, ας, ἡ, *nova luna,* qu. νεομηνία. Ex νέος, *novus,* et μήνη, *luna.*

Νοῦμμος, ου, ὁ, *nummus:* à νόμος.

Νουνεχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *cordatus, intelligens:* ex νοῦς, et ἔχω.

Νουνεχῶς, adv. *cordatè, ſapientèr;* νουνεχόντως, idem; à præced.

Νοῦς, vide νόος.

Νοῦσος, Poët. pro νόσος, ου, ἡ, *morbus, peſtis.*

Νὺ, expletiva particula, Poët.

Νυγεὶς, a. 2. part. paſſ. verbi νύσσω, *pungo:* f. ξω, a. 1. ἔνυξα, a. 2. paſſ. ἐνύγην.

Νυγμὴ, ῆς, ἡ, et

Νυγμὸς, οῦ, ὁ, *punctus; ſtimulus.*

Νύκτ' pro νύκτα, *noctem,* acc. ſing. à νὺξ, νυκτὸς, ἡ, *nox.*

Νυκτερινὸς, ἡ, ὸν, *nocturnus:* à νὺξ.

Νυκτερὶς, ίδος, ἡ, *veſpertilio.* ab eod.

Νύκτερος, ου, ὁ ϗ ἡ, *nocturnus:* à νὺξ.

Νυκτικόραξ, ακος, ὁ, *nycticorax, corvus nocturnus.*

Νυκτιλαμπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *qui noctu lucet:* ex νὺξ, *nox,* et λάμπω, *luceo.*

Νυκτίνομος et νυκτινόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, *qui noctu paſcitur:* ex νὺξ, et νέμος, à νέμω, *paſco.*

Νυκτομαχία, ας, ἡ, *prælium nocturnum:* ex νὺξ, et μάχομαι, *pugno.*

Νύκτωρ, adv. *noctu.* Th. νὺξ.

Νυμφαγωγὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, *dux ſponſæ:* ex νύμφη, *ſponſa,* et ἄγω, *duco.*

Νυμφαῖος, αία, αῖον, *ad nymphas pertinens.*

Νυμφᾶς, ᾶ, ὁ: nom. viri. Gr. *ſponſus.*

Νυμφεῖος, ου, ὁ ϗ ἡ, *nuptialis, ad ſponſam pertinens.* Th. νύμφη.

Νύμφευσις, εως, ἡ, *elocatio puellæ:* à ſeq.

Νυμφεύω, f. εύσω, *nuptum,* ſeu *nuptui do:* à ſeq.

ΝΥ'ΜΦΗ, ης, ἡ, *ſponſa, nova nupta, NYMPHA;* gen. pl. νυμφέων, Ion. pro νυμφῶν.

Νυμφίδιος, ία, ιον, Poët. *ad ſponſam pertinens, nuptialis:* à præced.

Νυμφικὸς, ἡ, ὸν, idem: ab eod.

Νύμφιος, ου, ὁ ϗ ἡ, *qui nuptui datur.* ab eod.

Νυμφίος, ου, ὁ, *ſponſus, maritus:* ab eod.

Νυμφοκόμοιο, gen. Ion. à

Νυμφοκόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, *ſponsam ornans:* ex νύμφη, *ſponſa,* et κομέω, *orno, curam gero.*

Νυμφόληπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, *lymphatus, nympharum ſpiritu correptus, fanaticus:* qu. qui ſpeciem nymphæ in fonte viderit: ex νύμφη, et λαμβάνω, *capio;* f. m. λήψομαι.

Νυμφοστόλος, ου, ὁ ϗ ἡ, *ſponſam ornans:* ex νύμφη, *ſponſa,* et στέλλω, *orno.*

Νυμφὼν, ῶνος, ὁ, *thalamus, cubile ſponſi.* Th. νύμφη.

ΝΥ͂Ν, vel Att. νυνὶ, *NUNC:* ὁ, ἡ, τὸ νῦν, ſc. ὢν, οὖσα, ὄν, *præſens:* ἄχρι τοῦ νῦν, ſc. καιροῦ, *ad hoc uſque tempus:* ἀπὸ τοῦ νῦν, ſc. χρόνου, *ab hoc tempore, poſt hoc tempus.* at

Νὺν, *igitur,* enclit. idem quod νὺ.

ΝΥ'Ξ, νυκτὸς, ἡ, *NOX:* acc. νύκτα. Et Metaph. pro *tempore ignorantiæ.* Aliquando pro *morte* ap. Hom. at

Νύξ, pro νύξε, Ion. pro ἔνυξε, 3. ſing. a. 1. act. verbi νύσσω, *pungo, vulnero,* f. ξω, p. νένυχα, a. 1. inf. νύξαι, part. νύξας.

Νύξω, *pungam,* f. 1. act. ejuſd.

ΝΥΟ'Σ, οῦ, ἡ, *NURUS, ſponſa:* à νέος, qu. *nova filia.*

Νύσος, *claudus,* χωλὸς, Syracuſ.

Νύσσα, ης, ἡ, *meta,* ad quam νύσσονται equi.

Νύσσοντες, nom. pl. præſ. part. act. à

ΝΥ'ΣΣΩ, ſeu -ττω, *pungo, fodico, punctim cædo, vulnero:* f. ξω, p. νένυχα, a. 1. ἔνυξα, perf. paſſ. νένυγμαι.

Νύσταγμα, ατος, τὸ, et

Νυσταγμὸς, οῦ, ὁ, *dormitatio;* à

ΝΥΣΤΑ'ΖΩ, *dormito, præ ſomno capite nuto:* f. ξω, p. νενύσταχα, a. 1. ἐνύσταξα, Dicitur νυστάζω, pro νευστάζω, et νευστάω, à νεύω, *nuo.*

Νύττω, vide in νύσσω, *pungo.*

Νύχα, adv. *noctu.* Th. νὺξ.

Νυχεία, ας, ἡ, Nymphæ nomen.

Νυχθήμερον, *ſpatium 24 horarum, ex die et nocte:* ex νὺξ, *nox,* et ἡμέρα, *dies:* κτ mutantur in χθ, ob ſequentem aſpirationem.

Νύχιος, ία, ιον, [* et νύχοτος, Callim.] *nocturnus, a, um.* Th. νὺξ.

Νύχος, εος, τὸ, *nox, tenebræ.* Th. νὺξ.

ΝΩ'ΓΑΛΑ, ων, τὰ, *edulia, ſuavia et delicata:* qu. νέον γάλα.

Νωδὸς, ἡ, ὸν, *edentulus:* ex νὴ, et ὀδοὺς, *dens.*

Νώδυνος, ου, ὁ ϗ ἡ, *expers doloris;* ex νὴ, et ὀδύνη, *dolor.* Hinc νωδυνία, *vacuitas doloris.*

Νῶε, ὁ, nom. viri indecl. Hebr. *requieſcere.*

Νῶθ' pro νῶτα, ob ſeq. aſpirat. nom. pl. à νῶτος, ου, ὁ, *dorſum;* in pl. τὰ νῶτα.

Νωθεία, ας, ἡ. et Ion. νωθείη, *tarditas, ſegnities:* à

ΝΩΘΗ'Σ, έος, ὁ ϗ ἡ, *tardus, piger; ſtupidus:* q. ex νὼ, part. priv. et θέω, *curro.*

Νώθητι, Synæreſi Ion. pro νοήθητι, a. 1. imperat. paſſ. à νοέω, *cogito.*

Νωθροκάρδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, *excors, ſtupidus:* ex νωθρὸς, et καρδία, *cor.*

Πεντάδαρχος, ου, ὁ, *qui quinque viris præest*: ex πέντε, *quinque*, et ἀρχὴ, *principium*.

Πεντάεθλον, ου, τὸ, *quinquertium*; et

Πεντάεθλος, ου, ὁ, *quinquertio*: ex πέντε, *quinque*, et ἄεθλος, *certamen*.

Πενταετηρικὸς, ὴ, ὸν, *quinquennalis*; *lustralis*: à

Πενταετηρὶς, ίδος, ἡ, *quinquennium*, *lustrum*. Sed Att. πενταετηρὶς ponitur pro adjectivo, πενταετηρική. A.

Πενταέτηρος, ου, ὁ ϗ ἡ, *quinquennis*, *quinquennalis*: à

Πενταέτης sive πενταετὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, idem: ex πέντε, *quinque*, et ἔτος, εος, τὸ, *annus*.

Πένταθλον, ου, τὸ, *quinquertium*, *quinque certamina*: et

Πένταθλος, ου, ὁ, *quinquertio*, *qui quinque certaminibus victor evasit*: ex πέντε, *quinque*, et ἆθλος, *certamen*. Th. ἄεθλος, idem.

Πεντάκις, *quinquies*, adv. à πέντε.

Πεντακισχίλιοι, αι, α, *quinquies mille*: ex præced. et χίλιοι.

Πεντακόσιοι, αι, α, *quingenti*, *æ*, *a*; ex πέντε, *quinque*, et κόσιοι.

Πεντάπηχυς, υος, ὁ ϗ ἡ, *qui est quinque cubitorum*: ex πέντε, et πῆχυς.

Πενταπλάσιος, ία, ιον, Ion. πενταπλήσιος, *quinquies major*. Th. πέντε, *quinque*.

Πενταπλασίως, adv. *quintuplicitèr*, *quinque modis*: à præced.

Πενταπλόος, ῦς, ὁ ϗ ἡ, et πενταπλόος, ῦς, πλόη, ῆ, πλόον, ῦν, *quintuplex*: à πέντε.

Πένταχα, et πενταχῆ, *quinquefariàm*, *quinque modis*: à

ΠΕ'ΝΤΕ, οἱ, αἱ, τὰ, *quinque*.

Πεντεκαίδεκα, *quindecim*.

Πεντεκαιδέκατος, άτη, ατον, *decimus quintus*: ex πέντε, et δέκατος, *decimus*.

Πεντήκοντα, οἱ, αἱ, τὰ, *quinquaginta*: à πέντε, *quinque*.

Πεντηκονταέτης, εος, ὁ, *quinquaginta annos habens*: ex πεντήκοντα, *quinquaginta*, et ἔτος, εος, τὸ, *annus*.

Πεντηκονταετία, ας, ἡ, *quinquaginta anni*: à præced.

* Πεντηκοντάλιτρον, ου, τὸ, *quinquaginta libræ*; *nummus Siculus*, ita à pondere dictus, quia *ibi*. quinquaginta libras valebat. D. S.

Πεντηκόνταρχος, ου, ὁ, *qui quinquaginta militibus præest.*

Πεντηκόντερος, ἡ, *navis, quæ quinquaginta remis agitur:* πεντηκόντορος, ἡ, idem.

Πεντηκοντόγυος, ου, ὁ ϗ ἡ, *qui quinquaginta jugerum est:* ex πεντήκοντα, quod vide, et γύα, seu γυία, *arvum, juger.*

Πεντηκοντοκάρηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, *qui habet quinquaginta capita:* ex πεντήκοντα, quod vide, et κάρηνον, ου, τὸ, *caput.*

Πεντηκοστὸς, ἡ, ὸν, *quinquagesimus, a, um.* Hinc πεντηκοστὴ, scil. ἡμέρα, *dies quinquagesimus,* à resurrectione Domini. Angl. PENTECOST. Th. πέντε.

Πεντόζοιο, gen. Ion. à

Πέντοζος, ου, ὁ ϗ ἡ, *qui in quinos ramos dispergitur.* Sic vocatur etiam *manus:* ex πέντε, et ὄζος, *ramus.* Digiti sunt veluti *quinque* ramusculi.

Πέξαιτ' pro πέξαιτο, *tondeatur:* 3. sing. a. 1. opt. med. verbi πέκω, seu πείκω, *pecto,* f. ξω.

Πεξῶ, Dor. pro πέξω, f. 1. verbi ejusd.

ΠΕ´ΟΣ, εος, τὸ, *penis.*

Πεπάγασι, Dor. pro πεπήγασι, 3. plural. perf. m. verbi πήγνυμι, *compingo:* f. ξω, a. 2. ἔπαγον, p. m. πέπηγα.

Πεπαθυῖα, *passa;* per Sync. pro πεπαθηκυῖα, p. part. act. f. g. verbi παθέω, f. ήσω, pro πάσχω, *patior;* a. 2. ἔπαθον.

Πεπαίδευνται, 3. pl. p. pass. et

Πεπαίδευται, 3. sing. Vide παιδεύω.

Πεπαίνω, *excoquo, et ad maturitatem perduco; maturo; mitigo, lenio;* à πέπων.

Πεπαισμένος, p. part. pass. à παίζω, *ludo, illudo;* vel à παίω, *percutio;* fut. αίσω, p. pass. πέπαισμαι. Sunt qui à πεπαίνω, derivari dicunt.

Πεπαίτερος, έρα, ερον, *maturior, mitior;* compar. Est πέπων, *maturus,* quod vide.

Πεπαλαγμένος, *pollutus;* perf. part. pass. à παλάσσω, *inquino, fœdo;* f. ξω, p. πεπάλαχα, a. 1. ἐπάλαξα. Th. πάλλω, *vibro;* f. αλῶ. Alii à πηλὸς, *lutum.*

Πεπάλακτο, 3. sing. plusq. p. pass. Ion. ab eod.

Πεπάλαχθε, 2. pl. perf. imperat. pass. à παλάσσω, *sortior:* quod à πάλος, *sors;* item *agitatio.* Th. πάλλω, *agito.*

Πεπαλὼν, *qui vibravit;* Ion. redupl. pro παλὼν, a. 2. part. act. verbi πάλλω, *vibro;* f. αλῶ, a. 2. ἔπαλον.

Πέπαμαι, perf. verbi πάομαι, f. m. άσομαι, *possideo.*

Πεπάναι, a. 2. infin. act. verbi πεπαίνω, *coquo;* a. 1. part. pass. πεπανθεὶς, εῖσα, ὲν, *coctus;* nom. pl. πεπανθέντες.

Πεπαρεῖν, per Anadiplas. pro παρεῖν, a. 2. infin. verbi πείρω, *transeo;* f. περῶ, a. 2. ἔπαρον. Portus legendum credit πεπορεῖν, a. 2. infin. pro πορεῖν, verbi πορῶ, vel πορέω, *do, præbeo.*

Πεπάρθαι, perf. infin. pass. à

Πέπαρμαι, perf. ind. pass. et

Πεπαρμένος, η, ον, *trajectus, confixus;* p. part. pass. verbi πείρω, *transfodigo;* f. περῶ, p. πέπαρκα, p. m. πέπορα.

Πεπαρῴνηκα, p. act. Att. pro παρῴνηκα. et

Πεπαρῳνημένος, p. part. pass. Att. pro παρῳνημένος, verbi παροινέω, *pecco per vinolentiam.* Th. οἶνος, *vinum.*

Πέπαται, *acquisivit;* Poët. pro

Πέπαται, 3. sing. p. pass. verbi πάομαι, *possideo;* f. m. άσομαι, p. pass. πέπαμαι.

Πέπαυμαι, σαι, ται, p. ind. pass. et

Πεπαυμένοις, dat. pl. perf. part. pass. et

Πέπαυσο, 2. sing. perf. imperat. pass. verbi παύω, *cesso;* fut. παύσω, p. πέπαυκα, a. 2. ἔπαον.

Πεπείθαται, *persuasi sunt;* Ion. pro πεπεισμένοι εἰσὶ, 3. pl. perf. ind. pass. verbi πείθω, *persuadeo;* fut. σω, a. 2. ἔπιθον, perf. pass. πέπεισμαι.

Πεπείθοντο, *paruerunt;* Ion. redupl. pro ἐπείθοντο, 3. pl. imperf. pass. ejusd. verbi.

Πεπείραμαι, *expertus sum;* Dor. pro πεπείρημαι, p. ind. pass. a. 1. pass. ἐπειράσθην, à πειράω, *tento;* f. άσω et ήσω. Th. πεῖρα, *conatus, experientia.*

Πέπειρος, ου, ὁ ϗ ἡ, *maturus, mitis;* à Th. πέπτω.

Πεπείσθω, *persuasum habeat;* 3. sing. perf. imperat. pass. et

Πέπεισμαι, p. ind. pass. verbi πείθω, *persuadeo;* f. σω.

Πεπελεκισμένος, ου, *decollatus, securi percussus;* p. part. pass. verbi πελεκίζω, *securi ferio.* Th. πέλεκυς, *securis.*

Πεπεραγκέναι, p. infin. act. verbi περαίνω, f. ανῶ, p. πεπέραγκα, idem quod περατόω, *finio.* Th. πέρας, τὸ, *finis.*

Πεπερημένος, ου, *advectus et venditus;* à περάω, *vendo;* f. άσω et ήσω, p. πεπέρηκα, p. pass. πεπέρημαι.

ΠΕ´ΠΕΡΙ, εος, vel εως, τὸ, *PIPER;* Angl. PEPPER. à πέπειρος, quòd calore suo *coctionem* juvet.

Πέπηγα, ας, ε, p. m. et

Πεπηγὼς, ότος, p. part. m. verbi πήγνυμι, seu πήγω, *compingo.*

Πεπηδηκέναι, perf. infin. act. verbi πηδάω, *salto.*

Πεπιεσμένος, η, ον, *pressus;* p. part. pass. verbi πιέζω, *premo;* f. σω, p. κα, p. pass. πεπίεσμαι.

Πεπιθεῖν, *inducere;* Ion. redupl. pro πιθεῖν, a. 2. infin. verbi πείθω, *persuadeo;* f. σω, a. 2. ἔπιθον.

Πεπιθημένος, η, ον, p. part. pass. et

Πεπιθήσω, *persuadebo;* Ion. redupl. pro πιθήσω, f. 1. verbi πιθέω, pro πείθω, *persuadeo;* a. 2. ἔπιθον, unde πιθέω.

Πέπιθμεν, per Sync. pro πεπίθομεν, Ion. redupl. pro ἐπίθομεν, 1. pl. a. 2. act. verbi πείθω.

Πεπίθοιμεν, et in 3. pl. πεπίθοιεν, Ion. redupl. pro πίθοιμεν, et πίθοιεν, a. 2. opt. act. verbi ejusd.

Πέπιθον, Ion. redupl. pro ἔπιθον, a. 2. ind. act. et

Πεπιθὼν, a. 2. part. act. Ion. pro πιθὼν, όντος, verbi πείθω, *persuadeo;* a. 2. ἔπιθον.

Πεπιστεύκαμεν, 1. pl. p. ind. act. verbi πιστεύω, *credo;* f. εύσω à πίστις, εως, ἡ, *fides.*

Πεπιστεύκεσαν, *crediderant;* 3. pl. plusq. p. Att. pro ἐπεπιστεύκεισαν, ab eod. verbo.

Πεπιστευμένην, acc. sing. f. g. part. p. pass. verbi πιστεύω: vide in πεπιστεύκαμεν.

Πεπλανημένως, adv. *vagabundè;* à πλανάομαι, *erro.* Th. πλάνη, *error.*

Πέπλασται, 3. sing. perf. pass. πεπλάσθαι, p. inf. pass. πεπλασμένος, η, ον, perf. part. pass. verbi πλάσσω, *fingo;* f. σω, p. κα.

Πεπλάτυνται, 3. sing. p. pass. verbi πλατύνω, *dilato;* f. υνῶ, p. πεπλάτυγκα. Th. πλατὺς, ίος, *latus, amplus.*

Πέπληγα, *percussi;* p. m. verbi πλήσσω, f. ξω, a. 2. ἔπληγον.

Πεπληγέμεν, et πεπληγέμεναι, Ion. et Dor. pro πεπληγέναι, verbi πεπλήγω, *percutio;* quod à p. m. πέπληγα, verbi πλήσσω, in præsens abiit: undè et imperf. πέπληγον, Ion. pro ἐπέπληγον, nisi malis esse a. 2. act. verbi πλήσσω, a. 2. πέπληγον, Anadiplas. Ion. pro ἔπληγον.

Πέπληγον, *percussi;* vide in præced.

Πεπλήθυνται, 3. sing. p. pass. verbi πληθύνω, quod vide.

Πεπληθὼς, υῖα, ὸς, *plenus, a, um;*

perf. part. m. verbi πλήθω, *impleo*: f. πλήσω, p. m. πέπληθα.

Πέπληντο, 3. sing. plusq. p. pass. Ion. verbi πίμπλημι, idem quod πλήθω, *impleo*: f. πλήσω, p. pass. πέπλημαι.

Πεπληροφορημένων, *eorum quæ impleta sunt*: gen. pl. perf. part. pass. à πληροφορέω.

Πεπλήρωμαι, et in 3. pl. πεπλήρωνται, p. ind. pass. verbi πληρόω, *impleo*: f. ώσω, p. πεπλήρωκα. Th. πλέος, *plenus*.

Πεπλησιακὼς, ότος, p. part. act. verbi πλησιάζω, *appropinquo, sector, accedo familiariter ad aliquem*: f. άσω, p. κα. à πλησίον, *propè*. Th. πέλας, idem.

ΠΕ'ΠΛΟΣ, ου, et Ion. πέπλοιο, ὁ, et πέπλον, ου, τὸ, *PEPLUS, -UM*, vestis muliebris.

Πεπλύσθαι, Poët. p. infin. pass. verbi inus. πλύω, *lavo*: f. ύσω, p. pass. πέπλυμαι. Th. πλύνω, idem.

Πέπλως, vide in ἐπέπλων, ως, ω, et

Πέπλως, acc. pl. Dor. pro πέπλους. Th. πέπλος.

Πεπνυμένος, η, ον, *prudens, sapiens*: perf. part. pass. et in dual. πεπνυμένω, à perf. ind. πέπνυμαι, verbi πνύμι, seu πνύω, f. σω, *spiro*: in pass. πνύμαι, *sapio*. Th. πνέω, *spiro*.

Πέπνυσο, *sapito*: p. imperat. pass. verbi πνύμαι, *sapio*: à πνῦμι, vel πνύω, id. quod præced. Th. πνέω, *spiro*.

Πεποίηκα, ας, ε, et in 3. pl. πεποιήκαντι, Dor. pro πεποιήκασι, p. ind. act. et

Πεποίημαι, et in 3. pl. πεποίηνται, p. ind. pass. πεποιῆσθαι, p. inf. pass. et

Πεποιημένος, η, ον, p. part. pass. verbi ποιέω, f. ήσω, *facio*.

Πέποιθ' pro πέποιθε, *confidit*: 3. sing. p. m. πέποιθα, ας, ε. hinc πεποίθῃς, 2. sing. p. m. sub. et

Πεποιθέναι, p. inf. m. πεποιθὼς, ότος, in pl. πεποιθότες, p. part. m. verbi πείθω, *persuadeo*: f. σω, a. 2. ἔπιθον. πεπείθει, 3. sing. plusq. p. m. Ion.

Πεποίθησις, εως, ἡ, *persuasio, fiducia*: à p. m. πέποιθα, verbi ejusd.

Πεποιθόμες, 1. pl. præs. ind. verbi πεποίθω, qu. Siculo more factum à p. m. πέποιθα, verbi πείθω.

Πεποιθότως, adv. *confidentèr, cum fiducia*: à

Πεποιθὼς, ότος, *fretus, confisus*: vide in πεποιθέναι.

Πεποικιλμένος, η, ον, *variegatus, a, um*: perf. part. pass. verbi ποικίλλω, f. λῶ, *variego*. Th. ποικίλος, *varii coloris*.

Πέπομφα, *misi*: p. ind. med. verbi πέμπω, *mitto*: f. ψω.

Πέπον, *mollis, ignave*, voc. à nom. πέπων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *mitis, maturus*.

Πέπονα, p. m. à πένομαι, *laboro*.

Πεπονᾱμένος, Dor. pro πεπονημένος, ου, *elaboratus*; quod vide.

Πέπονες, όνων, οἱ καὶ αἱ, *pepones*, nom. pl. à πέπων.

Πεπονημένος, η, ον, *elaboratus*: p. part. pass. verbi πονέω, *excolo, instruo*.

Πεπονηρευμένος, p. part. pass. verbi πονηρεύω, *improbus sum, improbè ago*: à πονηρὸς, *malus*.

Πέπονθα, *passus sum*: p. m. ind. et

Πεπονθὼς, υῖα, ὸς, p. m. part. verbi πάσχω, *patior*: f. m. πείσομαι, a. 2. ἔπαθον.

Πέπορδα, *pepedi*: p. med. verbi πέρδω, *pedo*.

Πεπορεῖν, Ion. Anadiplas. pro πορεῖν, a. 2. inf. act. verbi πόρω, fut. ρῶ, Poët. idem quod πορίζω, *præbeo*. Th. πείρω, *transfadigo*; p. m. πέπορα.

Πεπορεύου, præs. imperat. pass. verbi πορεύομαι, *eo*.

Πεπόσθαι, p. infin. pass. à πίνω, *bibo*; f. πόσω, p. πέπωκα, p. pass. πέπομαι, a. 1. pass. ἐπόθην, a. 1. part. ποθεὶς.

Πέποσθε, *laborâstis*; per Sync. pro πεπόνησθε, 2. pl. p. ind. pass. verbi πονέω, *laboro*; f. ήσω, p. πεπόνηκα, p. pass. πεπόνημαι. Sunt qui velint per Sync. dici pro πεπόνθατε, Pleonasm. inserto σ, p. m. verbi πάσχω, *patior*; fut. m. πείσομαι.

Πεποτήαται, *volârunt*; Ion. pro

Πεπότηνται, 3. pl. p. pass. verbi ποτάομαι, *volo*; f. m. ήσομαι, p. πεπότημαι. Th. πέτομαι vel πετάομαι, idem.

Πεποτῆτο, *volabat*: 3. sing. plusq. p. pass. Ion. ab eod.

Πεπραγμένος, η, ον, perf. part. pass. verbi πράσσω, vide πέπραχα.

Πέπρακα, *terminavi*: per Sync. pro πεπέρακα, p. ind. act. verbi περάω, *transeo*: f. άσω, et ήσω. Alii à πράσσω formant quod vide. Est et

Πέπρακα, perf. verbi πιπράσκω, *vendo*: fut. πράσω.

Πεπρᾶσθαι, p. inf. pass. verbi πιπράσκω, *vendo*: f. πράσω, f. 1. pass. πραθήσομαι, a. 1. pass. ἐπράθην, ης, η. Th. περάω, *vendo*.

Πέπραχα, perf. ind. act. verbi πράσσω, *facio*: fut. ξω, perf. inf. act. πεπραχέναι, perf. ind. pass. πέπραγμαι, a. 1. pass. ἐπράχθην.

Πεπραχέναι, vide in præced.

Πεπρῆσθαι, Ion. pro πεπρᾶσθαι, quod vide.

Πεπρησμένος, η, ον, *incensus*: perf. part. pass. verbi πρήθω, *incendo*: perf. pass. πέπρησμαι.

Πέπρωμαι, *fato destinatus sum*: per Sync. pro πεπεράτωμαι, p. ind. pass. et

Πεπρωμένος, η, ον, p. part. pass. verbi περατόω, per Sync. πρόω, et πρέω, *destino*. Th. πέρας, ατος, τὸ, *terminus, finis*.

Πέπρωται, per Sync. pro πεπεράτωται, 3. sing. p. pass. et

Πέπρωτο, per Sync. pro πεπεράτωτο, 3. sing. plusq. p. Ion. Vide πέπρωμαι.

Πέπταμαι, per Sync. pro πεπέτασμαι, sic in 3. pl. πέπτανται, *expansi sunt*: pro πεπέτανται, p. pass. verbi πετάζω, vel πετάω, *expando*.

Πεπτηῶτα, *lapsum*: acc. sing. p. part. act. à πεπτηὼς, quod Pleonasm. τοῦ ε, pro πεπτὼς, et hoc per Sync. pro πεπτωκὼς, gen. -ῶτος vel -ότος, p. part. act. à πίπτω, *cado*: f. πτώσω, p. πέπτωκα, a. 2. ἔπεσον.

Πεπτηὼς, ῶτος, p. part. act. verbi πτήσσω, *metu consterno, attonitum reddo*: f. ξω, p. πέπτηχα, et sublato χ, Ion. πέπτηκα. Hinc part. πεπτηὼς, et in acc. πεπτηῶτα quod tamen per Ectasin dici pro πεπτῶτα, quidam credunt, quod vide.

ΠΕ'ΠΤΩ, *coquo, maturo, pinso*: f. ψω, p. πέπεφα, Æol. πέσσω, Att. πέττω.

Πέπτωκα, *cecidi*: p. act. et

Πεπτωκὼς, ότος, perf. part. act. verbi πίπτω, *cado*: fut. πτώσω, a. 2. ἔπεσον, f. 2. m. πεσοῦμαι.

Πεπτῶτα, per. Sync. pro πεπτωκότα, acc. sing. perf. part. act. verbi ejusd. Vide πεπτηῶτα.

Πεπύθοιτο, *audiat, intelligat*: 3. sing. a. 2. opt. m. pro πύθοιτο, Poët. et

Πεπύθωνται, Ion. Anadiplas. pro πύθωνται, 3. pl. a. 2. sub. m. verbi πυνθάνομαι, *interrogo*: fut. m. πεύσομαι, perf. pass. πέπυσμαι, a. 2. m. ἐπυθόμην.

Πεπυκασμένος, η, ον, perf. p. pass. verb. πυκάζω, *denso*. [* πεπυκασμένος νόον, *animo sapiens*, eâdem ratione quâ Latinis *callidus*, cujus animus rerum usu occaluit. Græv. in Hes. Op. 793.] Th. πύκα, adv. *densè*.

Πεπυρωμένος, η, ον, perf. part. pass. verbi πυρόω, *inflammo*. f.

ύσω, p. πεπύρωκα. Th. πῦρ, πυρὸς, τὸ, *ignis.*

Πεπύσθην, Ion. pro ἐπεπύσθην, 3. dual. plusq. perf. pass. verbi πυνθάνομαι. Vide πεπύσθονται.

Πέπυσμαι, *interrogavi*: p. pass. et

Πέπυστο, Ion. pro ἐπέπυστο, 3. sing. plusq. p. pass. verbi ejusd.

Πέπωκα, *bibi*: p. act. verbi πίνω, *bibo*; f. πίσω, a. 2. ἔπιον.

Πέπων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *coctus à sole, maturus* de *fructibus* dicitur; item *PEPO*: et *mollis, ignavus*: à πέπτω, *coquo.*

ΠΕ'Ρ, particula expletiva, quæ aliis orationis partibus annecti solet; et plerumque significat *quanquam, tametsi*: interdum respondet particulæ *cunque.* Sæpe etiam vacat. Æolibus πὲρ est περὶ.

ΠΕ'ΡΑ, *ultrà, ultra modum, ultra quam, suprà, præter.*

Περάαν, *penetrare*: Ion. pro περᾶν, præs. inf. verbi περάω.

Περαίη, ης, ἡ, Ion. pro περαία, scil. γῆ vel χώρα, *terra quæ est ultra aliquem locum, ultra mare; oriens et occidens.* à περαῖος.

Περαίνω, f. ανῶ, p. άγκα, *finio, perficio, efficio,* item *ex concessis aliquid efficio,* i. e. *infero,* vel *concludo syllogisticè; prædico.* Th. πέρας, *finis.*

Περαῖος, αία, αῖον, *ulterior, in ulteriore parte situs*: à πέρα.

Περαιόω, ῶ, f. ώσω, *in ulteriorem partem transveho, trajicio, transeo; finio, perficio*: à præced.

Περαίτερος, έρα, ερον, *ulterior*: à πέρα.

Περαιτέρω et περαίτερον, *ulterius, amplius*: à præced.

Πέραν, adv. *trans*: cum gen. item *cis, secus*: idem quod πέρα, *ultrà.* Sed

Περᾶν, præs. inf. à περάω, *transeo.*

ΠΕ'ΡΑΣ, ατος, τὸ, et πεῖρας, τὸ, *finis, terminus*; item adv. *denique.*

Περάσαις, Æol. pro

Περάσας, αντος, a. 1. part. act. verbi περάω, *transeo.*

Πέρασις, εως, ἡ, et

Περασμὸς, ῦ, ὁ, *transitus*: à περάω.

Πέρατα, τὰ, *fines*: nom. vel acc. pl. à πέρας, ατος, τὸ, *finis,* [* ἐκ περάτων τῆς γῆς, Matt. xii. 42. pro *è regione longè remotâ.* Vorstius, c. xxiii. hic Hebraismum quærit. Sic tamen Themistius, xiii. Jos. l. vi. c. 1. l. iv. 8. Philo. Legat. ad Caium.]

Περάτη, ης, ἡ, *finis*; expon. etiam *extremitas horizontis orientem versus.* Th. πέρας.

Περατὸς, ὴ, ὸν, *per quem transitus patet*: à περάω.

Περατόω, *finio, termino*: f. ώσω, p. κα, præs. pass. περατῦμαι, *finior, terminor*: p. ind. πεπεράτωμαι, per Sync. πέπρωμαι, *fato destinatus sum*: cujus part. πεπρωμένος, η, ον, *fatalis, fato destinatus*: à præced.

ΠΕΡΑ'Ω, *transeo, supero, transporto, vendo*: f. άσω, et ήσω.

Περγαμία, ας, ἡ, Poët. pro

Πέργαμος, ε, ἡ, *urbs Asiæ insignis*; *Troja,* ita dicta, quod *editâ in rupe* sit sita. *Pergama* enim omnia *loco editiora* olim appellabantur.

Περγασίδην, *Pergasidem,* accus. sing. nom. patronym.

Πέργη, ης, ἡ, *Perga*: nomen metropoleos Pamphyliæ. Hebr. *velum.*

ΠΕ'ΡΔΙΞ, ικος, ὁ καὶ ἡ, *PERDIX,* avis; Metaph. *astutus, libidinosus*: quod à περιδέω, *circumnodo.*

ΠΕ'ΡΔΩ, *PEDO, crepitum ventris edo*: f. σω, p. κα, a. 2. ἔπαρδον, p. med. πέπορδα.

Πέρην, Ion. pro πέραν, *ultra*: idem quod πέρα.

Περῆσαι, a. 1. inf. act. et

Περήσεις, 2. sing. f. 1. act. verbi περάω, f. ήσω vel άσω, *transeo.*

Περητὸς, Ion. pro περατὸς, ῦ, *qui transiri potest*: ab eod. verbo.

Πέρθαι, Ion. pro πέρθεσθαι, p. inf. pass. à

ΠΕ'ΡΘΩ, *privo, vasto, perimo; PERDO, trucido*: f. σω, p. κα, a. 2. ἔπραθον, p. med. πέπορθα.

ΠΕΡΙ', præpos. cum gen. *de, pro, propter, præ, ultra.* Cum dat. *circum, circa.* Cum acc. *circa, circum, circiter, erga.* Inservit sæpe Periphrasi (α) *personæ,* ut οἱ περὶ Σωκράτην, *Socratici*: οἱ περὶ Κῦρον, *Cyrus cum suis*: (β) *rei,* ut τὰ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν, *cupiditas*; (γ) *Genitivi,* ἡ περὶ αὐτὸν ἀρετὴ, *virtus ejus.* *Intendit,* ut περίλυπος, *pertristis*: interdum *nihil* vel *paululum* significationi addit.

Περὶ δείματι φεύγειν, Poët. pro ἀπὸ φόβυ φεύγειν, *præ metu fugere.*

Πέρι pro περίεστι, sicut ἔνι pro ἔνεστι. Vide περίειμι.

Περιάγω, *circumeo, circumago, circumduco*: in 3. pl. sub. περιάγωσιν, imperf. act. περιῆγον, f. περιάξω, a. 2. περιήγαγον, Att. pro περιῆγον ex περὶ, *circum,* et ἄγω, *duco.*

Περιαγωγὴ, ῆς, ἡ, *circumactus, circumductio, conversio*: à præced.

Περιαιρέω, -ῶ, *aufero, amputo, circumcido*: f. ήσω, p. περιῄρηκα, a. 2. περιεῖλον, ες ε, a. 2. inf. περιελεῖν, præs. pass. περιαιρέομαι, ῦμαι, *tollor*: imperf. περιηρειόμην, -ύμην, -έυ, -ῦ, -έετο, -εῖτο Th. αἱρέω, *capio.*

Περιαιρῦσα, præs. part. f. g. verbi præcedentis.

Περίαλλος, ε, ὁ καὶ ἡ, *aliis præstans, eximius*: περίαλλα vel περιάλλως, *eximiè, supra modum*: ex περὶ, *suprà,* et ἄλλος, *alius.*

Περιάπτω, f. άψω, *adnecto, appendo, pro amuleto appendo*; item *comparo, acquiro*; *impono, injungo*; ex περὶ, et ἅπτω, *necto.*

Περιάργυρος, ε, ὁ καὶ ἡ, *argento obductus, argenteus*: ex περὶ, et ἄργυρος, *argentum.* hinc

Περιαργυρόω, -ῶ, *argento obduco*: f. ώσω, p. -ηργύρωκα.

Περιαστράπτω, *circumfulgeo, splendore circumdo*: f. ψω, p. περιήστραφα, a. 1. περιήστραψα: ex περὶ, *circum,* et ἀστράπτω, *fulguro.*

Περιαυγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *splendens, pellucidus.* Th. αὐγὴ, *splendor.*

Περίαυγος, ε, ὁ καὶ ἡ, *undequaque splendidus*: ab eod. Th.

Περιαυτολογέω, -ῶ, *de me ipso loquor jactabundus, ostento me*: ex περὶ, αὐτὸς, et λέγω, *dico*: p. m. λέλογα.

Περιαυτολογία, ας, ἡ, *sui ipsius prædicatio, ostentatio*: à præced.

Περιαύω, *pernocto*: Th. ἰαύω, *commoror*: f. σω.

Περιαύων *dormiens*: præs. part. act. à præcedente.

Περίαχε, *insonuit*: 3. sing. a. 2. ind. act. verbi περιηχέω, Dor. περιαχέω, *circumsono*: f. ήσω. Th. ἦχος, *sonus.*

Περιβαίνω, *circumeo*; item *circumeundo protego, defendo*; f. m. βήσομαι, a. 2. ἔβην, a. 2. inf. act. βῆναι ex περὶ, et βαίνω, *eo.*

Περιβάλεσθαι, a. 2. inf. m. à

Περιβάλλω, *circumdo, cingo, amicio; ambio, amplector; afficio*: f. βαλῶ, a. 2. -έβαλον, *amicui*: perf. βέβληκα, præs. pass. περιβάλλομαι, *vestior,* perf. pass. βέβλημαι, perf. part. pass. βεβλημένος, η, ον, *amictus, a, um*; fut. 2. med. βαλῦμαι, a. 2. m. ἐβαλόμην, ε, ετο, *vestitus fui*; a. 2. imperat. m. βαλῦ, ἔσθω, p. m. βέβολα. ex περὶ, *circum,* et βάλλω, *jacio.*

Περίβαρα, *genus calceamenti.* Suid. περίβαλλα. an à περιβάλλω, quod pedi *circumjiciatur?*

Περιβῆναι, *protegere*: a. 2. infin. act. verbi περιβαίνω, quod vide.

Περιβιόω, *supervivo, superstes sum*: f. ώσω, p. -βεβίωκα.

Περίβλεπτος, ε, ὁ καὶ ἡ, *conspicuus, spectabilis, illustris, admirabilis*: à περιβλέπω.

* Περιβλέπτως ἀγωνίζεσθαι, *ita pugnare, ut omnibus sit spectaculo,* id est, *egregiè pugnare.* D. S.

Περιβλέπω, *circumspicio;* item *affecto, admiror:* f. ψω, p. -βέβλεφα, præf. m. περιβλέπομαι, idem imperf. m. -εβλεπόμην, ου, ετο, a. 1. m. -εβλεψάμην, ω, ατο, a. 1. part. m. βλεψάμενος, ου, ον. ex περὶ, et Th. βλέπω, *video.*

Περίβλημα, ατος, τὸ, *pallium:* à περιβάλλω.

Περιβόητος, ου, ὁ ϗ ἡ, *clarus, celebris:* à βοάω, *clamo.*

Περιβόλαιον, ου, τὸ, *amictus, velamen:* et

Περιβολὴ, ῆς, ἡ, *vestitus, amplexus, ambitus, periodus orationis;* à p. m. περιβέβολα, verbi περιβάλλω, *circumdo, amicio.*

Περιβραχιόνιον, ου, τὸ, *armilla:* ex περὶ, et βραχίων, ονος.

Περιβώμιον, ου, τὸ, *simulacbrum, statua:* ex περὶ, et βωμὸς, *ara.*

Περίβωτος, *celebris, famosus:* pro περιβόητος, quod vide.

Περιγίγνομαι, vel περιγίνομαι, *superfum; supero, vinco, salvus evado; contingo; potior, adipiscor:* præf. part. m. vel paff. περιγιγνόμενος, ου, *superstes:* a. 2. m. περιεγενόμην, a. 2. part. m. -γενόμενος; a. 2. infin. -γενέσθαι: ex περὶ, et γίγνομαι, *sum, fio, nascor.*

Περιγλαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *lacte plenus, lacte abundans:* ex περὶ, et γλάγος, Poët. pro γάλα, ακτος, τὸ, *lac.*

Περιγληνάομαι, ῶμαι, *oculorum pupillis lustro, circumspicio.* Th. γλήνη, *pupilla oculi.*

Περιγληνώμενος, *circumspiciens:* à præced.

Περίγλωσσος, ου, ὁ ϗ ἡ, q. ὁ περισσὸς τὴν γλῶσσαν, *qui linguâ est eximius, disertus, eloquens.*

Περιγογγύζω, f. ύσω, *obmurmuro:* ex περὶ, et γογγύζω, *murmuro.*

Περιγογγύζωσι, *murmurent:* 3. pl. præf. fub. verbi præced.

Περίγρα, ας, ἡ, *circinus,* quo rotarum περιφερὴς, id est *circumferentia* perficitur.

Περιγράφω, f. ψω, *circumscribo; definio; finio,* feu *claudo,* ut librum, orationem; *leviter, non exactè describo; deleo, aufero è numero; coërceo:* ex περὶ, et γράφω.

Περιδδείσασα, *verita:* Ectafi Poët. pro περιδείσασα, a. 1. part. act. f. g. verbi περιδείδω.

Περιδεὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *meticulosus:* ex περὶ, et δέος, εος, τὸ, *metus.*

Περιδείδια, p. m. à

Περιδείδω, *undiquaque metuo, pertimesco:* ex περὶ, et δείδω, *timeo:* f. είσω, a. 1. ἔδεισα, a. 1. part. δείσας, δείσασα, p. m. δέδια.

Περιδέξια, τὰ, *dextralia, armillæ:* à

Περιδέξιος, ου, ὁ ϗ ἡ, *ambidexter:* ex περὶ, et δεξιὸς, *dexter.* Th. δεξιὰ, ᾶς, ἡ, *dextra.*

Περιδειπνέω, -ῶ, ήσω, *epulum funebre celebro:* à

Περίδειπνον, ου, τὸ, *epulum funebre, parentalia:* ex περὶ, et δεῖπνον, *convivium.*

Περιδέραιον, ου, τὸ, *collare, armilla;* frequentiùs verò pro *ornatu collari* feu *monili:* à

Περιδέραιος, ου, ὁ ϗ ἡ, *collaris:* ex περὶ, *circum,* et δέραιον, *collare.* Th. δέρη, *cervix, collum.*

Περιδέω, *circumligo:* fut. ήσω, p. περιδέδεκα, præf. paff. περιδέομαι, p. paff. -δέδεμαι, plufq. p. paff. -εδεδέμην, σο, το: ex περὶ, *circum,* et δέω, *ligo.*

Περιδιπλόω, -ῶ, q. dic. *circumduplico; involvo,* i. e. *obtego.*

Περιδραμόντες, nom. pl. a. 2. part. act. à περιτρέχω, *circumcurro, percurro:* f. θρέξω, a. 2. -έδραμον, ες, ε, a. 2. part. act. περιδραμὼν, όντος, p. ind. act. περιδεδράμηκα. ex περὶ, et τρέχω, *curro.*

Περιδρομὴ, ῆς, ἡ, *circuitus, ambitus:* à

Περίδρομος, ου, ὁ ϗ ἡ, *circumcurrens; rotundus, velox.* à περιτρέχω.

Περιδύω, *circumvestio.* Apud Hom. περίδυσε exponitur *spoliavit;* pro ἀπέδυσε. Th. δύνω vel δύω, *subeo, induco.*

Περιδώσομαι, f. 1. m. verbi περιδίδομαι, *depono,* feu *deposito pignore certo, paciscor:* ex περὶ, et δίδωμι, *do.*

Περιεβάλετε, 2. pl. a. 2. ind. act. et

Περιεβάλετο, 3. fing. a. 2. m. verbi περιβάλλω, *amicio,* q. v.

Περιεγένετο, 3. fing. a. 2. m. verbi περιγίνομαι.

Περιέδραμον, ες, ε, vide in περιδραμόντες.

Περιεζωσμένος, η, ον, *præcinctus,* perf. part. paff. verbi περιζώννυμι, *præcingo,* quod vide.

Περιέθηκα, ας, ε, a. 1. ind. act. verbi περιτίθημι, *circumpono:* f. -θήσω, a. 2. περιέθην. Th. τίθημι, *pono.*

Περιείδω, *circumspicio, speculor; probè novi; negligo, sino.* Th. εἴδω.

Περιειλέω, *circumplico, circumvolvo:* ex περὶ, et εἰλέω.

Περιειληθεὶς, έντος, *involutus, indutus:* a. 1. part. paff. à præced.

Περιείλησις, εως, ἡ, *circumvolutio:* ab eod.

Περιειλήφασι, 3. pl. perf. act. Att. verbi περιλαμβάνω, *complector:* quod ex περὶ, et λαμβάνω, *capio:* f. m. λήψομαι, perf. Att. εἴληφα, a. 2. ἔλαβον.

Περιειλίξαντες, *circumvolventes:* nom. pl. a. 1. part. act. ex περὶ, et ἑλίσσω vel -ττω, *volvo.* Th. εἱλίω, idem.

Περίειμι, *superior sum, supero, antecello.* [* τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, Zofim. l. ii. *qui ambos parentes habent eminentiores.* Malè Leuncl. *superstites.*] item *superfum, abundo, resto:* ex περὶ, et εἰμὶ, *sum.*

Περιεῖναι, præf. infin. à præced.

Περιείχετο, 3. fing. imperf. paff. à περιέχω, quod vide.

Περιέκρυβον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi περικρύπτω, *occulto:* f. ψω, p. περικέκρυφα. Th. κρύπτω, *abscondo.*

Περίελαι, a. 1. imperat. m. verbi περιαιρέω, *aufero:* qu. vide. f. 1. ελῶ ex inuf. Th. περιέλω, undè a. 1. -εῖλα.

Περιέλασις, εως, ἡ, *circumactio.* Th. ἐλαύνω, *agito:* f. άσω.

Περιέλειχε, 3. fing. imperf. act. verbi περιλείχω, *circumlingo.* Th. λείχω, *lambo.*

Περιελθὼν, όντος, a. 2. part. act. verbi περιέρχομαι, *circumeo.* Th. ἔρχομαι, *venio:* f. m. ἐλεύσομαι, a. 2. ἦλθον.

Περιέλοι, 3. fing. a. 2. opt. act. περιελεῖν, a. 2. infin. act. et

Περιελόντες, nom. pl. a. 2. part. act. περιελὼν, όντος, in f. g. περιελοῦσα, verbi περιαιρέω. Th. αἱρέω, *capio:* f. ήσω, p. ᾕρηκα, a. 2. εἷλον.

Περιέπεσον, ες, a. 2. ind. act. verbi περιπίπτω, *incido,* cum. dat. f. περιπτώσω, p. περιπέπτωκα: ex περὶ, et πίπτω, *cado,* a. 2. ἔπεσον.

Περιέπλεκε, 3. fing. imperf. act. verbi περιπλέκω, f. ξω, *circumplector;* item *confusis animi verbis obumbro* vel *contego:* ex περὶ, et πλέκω, *necto.*

Περιέπω, περιέπομαι, *observantiâ prosequor, curo; colo; ambio; tracto:* ab ἕπω, *tracto, sequor.*

Περιεργάζομαι, *curiosè agor, inaniter satago, et laboro:* f. m. άσομαι, a. 1. m. περιειργασάμην, ω, ατο. Ex περὶ, et ἐργάζομαι, *operor.* Th. ἔργον, *opus.*

Περιεργία, ας, ἡ, *curiositas, nimis accurata diligentia:* à

Περίεργος, ου, ὁ ϗ ἡ, *curiosus;* item *nimis exquisitus, supervacaneus:* Th. ἔργον, *opus.*

Περιέρχομαι, *circumeo, lustro, oberro, obambulo; circumvenio,* i. e. *decipio; venio; ulciscor, punio:* f.

m. περιελεύσομαι, a. 2. περιῆλθον. Th. ἔρχομαι, venio.

Περιέσπακα, ας, ε, distraxi, p. ind. act. et

Περιεσπᾶτο, 3. sing. imperf. pass. verbi περισπάω, -ῶ, distraho, q. v.

Περίεσπε, 3. sing. a. 2. Ion. verbi περισπάω, avello, distraho, a. 2. περίεσπον. Th. σπάω, traho. Alii à περιέπω, obeo, prosequor, deductum volunt: quod ex περὶ, et ἕπω, sequor: a. 2. ἔσπον, ες, ε, Poët.

Περιέσσασθαι, a. 1. infin. m. gem. σ, verbi περιέννυμι, circuminduo. Th. ἕω, induo. f. ἕσω, a. 1. ἕσα, a. 1. m. ἑσσάμην, Ion. et Poët. pro ἑσάμην.

Περιεσταλμένος, η, ον, obvolutus, circumcirca indutus: part. p. pass. verbi περιστέλλω. Th. στέλλω, orno, f. λῶ, p. ἔσταλκα, perf. pass. ἔσταλμαι.

Περιέστη, 3. sing. a. 2. ind. act. verbi περιΐστημι, circumsto. Th. ἵστημι, sto: f. στήσω, p. ἕστακα, a. 2. ἔστην.

Περιέστησαν, 3. pl. a. 2. ind. act. περιέστην, ης, η, vel, ut alii volunt, a. 1. verbi περιΐστημι, quod vide.

Περιέστιν, 3. sing. præs. ind. verbi περίειμι, superior sum, abundo. Th. εἰμὶ, sum.

Περιέστραψεν pro περιήστραψεν, circumfulsit, 3. sing. a. 1. ind. act. verbi περιαστράπτω. Th. ἀστράπτω, fulguro.

Περιεστῶτα, acc. sing. perf. part. act. περιεστὼς, ῶτος, contractè pro περιεστηκὼς, verbi περιΐστημι, circumsto, quod vide.

Περιέσχατος, ον, ατον, extremus. Th. ἔσχατος, idem.

Περιέσχον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi περιέχω.

Περιέτεμον, ες, ε, vel περιέταμον, a. 2. ind. act. verbi περιτέμνω, circumcido, f. περιτεμῶ, p. περιτέτμηκα, perf. m. περιτέτομα. Th. τέμνω, seco.

Περιετέτμητο, 3. sing. plusq. p. pass. verbi ejusd.

Περιέτυχον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi περιτυγχάνω, adipiscor. Th. τυγχάνω, sum, f. m. τεύξομαι, a. 2. ἔτυχον.

Περιέφθησαν, Ion. pro περιείφθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass. verbi περιέπω, prosequor. Th. ἕπω, sequor.

Περιέχω, et in med. comprehendo, occupo; contineo; circumdo, cingo, absideo, unde premo, affligo; superior, major sum; consertis manibus retineo: hinc, complector, foveo, amo, curo, defendo: a. 2. περιέσχον, ες, ε. Th. ἔχω, habeo.

Περιεώρα, 3. sing. imperf. act. verbi περιοράω, circumspicio. Th. ὁράω, video, imperf. Att. ἑώρων et perf. ἑώρακα.

Περίζωμα, ατος, τὸ, fascia, cingulum, ventrale, lumbare.

Περιζώννυμι, præcingo, f. περιζώσω, p. περιέζωκα, a. 1. περιέζωσα, perf. pass. περιέζωσμαι, perf. part. pass. περιεζωσμένος, præcinctus; a. 1. m. περιεζωσάμην, ω, ατο, a. 1. imperat. m. περίζωσαι, ασθω, a. 1. part. m. περιζωσάμενος. Ex περὶ, et ζωννύω, vel ζώννυμι, cingo, f. ζώσω.

Περίζωσαι, præcingere, a. 1. imperat. m. verbi præced.

Περιζώστρα, ας, ἡ, fascia, cingulum: à περιζώννυμι, quod vide.

Περιηγέομαι, -οῦμαι, circumduco; enarro; ex περὶ, circum, et ἡγέομαι, duco, f. m. ἡγήσομαι.

Περιηγηματικὸς, ἡ, ὸν, circumductus; adject. verbale, à præced.

* Περιηγὴς, in orbem jacens, κυκλάδας περιηγέας, Callim. Hymn. in Del. 198. cyclades in orbem jacentes, ut legi debet.

Περιήγησις, εως, ἡ, circumductio; item expositio vel commemoratio rei alicujus quæ fit sigillatim et quasi per singula ducendo: à περιηγέομαι

Περιῆγον, ες, ε, imperf. vel a. 2. verbi περιάγω, circumduco. Th. ἄγω, duco, f. ἄξω, p. ἦχα, a. 2. ἦγον, et Att. ἤγαγον.

Περιῄει, εις, ει, plusq. p. m. verbi περίειμι, accedo. Th. εἶμι, eo, p. m. εἶα, plusq. p. ᾔειν, in pl. ᾔεισαν, et Att. ᾖσαν: vel est imperf. ind. Att. ejusdem verbi. Nam, ut ab ἴω, fit εἶμι, ita, per eandem analogiam, ab antiquiore εἴω, fiet εἴειμι: et in imperfecto, ut ab εἶμι fit εἶν, ita ab εἴειμι fiet εἴειν; et cum Att. augmento ᾔειν. Vid. Moor Elem. Ling. Græc. 114. 115.

Περιήκω, de illis dicitur, qui ob virtutes suas ad summum laudis gradum pervenerunt. Th. ἥκω, venio.

Περιῆλθον, ες, ε, a. 2. ind. act. verbi περιέρχομαι, circumeo. Th. ἔρχομαι, venio, f. m. ἐλεύσομαι, a. 2. ἤλυθον, et per Syncopen ἦλθον.

Περιηλυτέω, circumeo: hinc 2. pl. præs. imperat. m. περιηλυτέεσθε, circuite: ex περὶ, et ἐλεύθω pro ἔρχομαι, venio.

Περιημεκτέω, iniquo animo fero. Th. ἠμεκτέω, idem.

Περιῆν, 3. sing. imperf. verbi περίειμι, adsum. Th. εἰμὶ, sum.

Περιήνεικα, circumtuli, Ion. pro περιήνεγκα. a. 1. ind. act. verbi περιφέρω, quod vide.

Περιηργυρωμένος, η, ον, perf. part. pass. verbi περιαργυρόω, argento obduco: ex περὶ, et ἀργυρόω.

Περιῄρειτο, 3. sing. imperf. pass. verbi περιαιρέομαι, aufero. Th. αἱρέω, capio. f. ήσω, p. ᾕρηκα, a. 2. εἷλον.

Περιήστραφα, ας, ε, perf. ind. act. verbi περιαστράπτω, circumfulgeo. Th. ἀστράπτω, fulguro. f. ψω, p. ἤστραφα.

Περιθάλπω, circumfoveo: ex περὶ, et θάλπω, foveo, calefacio, f. ψω.

Περιθεὶς, έντος, a. 2. part. act. verbi περιτίθημι, circumpono. Th. τίθημι, pono: f. θήσω, p. τέθεικα, a. 1. ἔθην.

Περίθεμα, ατος, τὸ, quod circumponitur, tectorium: à περιτίθημι.

Περίθεσις, εως, ἡ, circumpositio: à περιτίθημι, circumpono. Th. τίθημι, pono.

* Περιθέω, in orbem curro. ex περὶ, et θέω, curro.

Περιθρηνέομαι, οῦμαι, lamentis circumsono: ex περὶ, et θρηνέω, lugeo. Th. θρῆνος, ου, ὁ, luctus.

Περιθριγκόω, -ῶ, circummunio loricâ aut septo: ex περὶ, et θριγκόω, loricâ aut septo munio, aut vallo. Th. θριγκὸς, pinna murorum.

Περίθυμος, ου, ὁ & ἡ, irâ valdè accensus. Th. θυμὸς, ira.

Περιιδέμεναι, et per Syncop. περιΐδμεναι, (Dor. et Att. pro περιιδεῖν, a. 2 inf., verbi περιείδω) circumspicere; scire probè; item contemnere, negligere.

Περιΐδῃς, 2. sing. a. 2. sub. act. verbi περιείδω.

Περιϊέναι, circumire, devenire, præs. inf. et

Περιϊοῦσα, a. 2. part. f. g. verbi περίειμι, accedo. Th. εἶμι, eo, a. 2. ἴον, a. 2. part. ἰὼν, ἰοῦσα.

Περιϊστάμενος, μένη, μενον, præs. part. pass. à

Περιΐστημι, circumsisto, circumpono, circumdo, cingo; redigo; muto in contrarium: f. περιστήσω, p. περιέστηκα, a. 1. περιέστησα, perf. part. act. περιεστηκὼς, ότος, et contractè περιεστὼς, ῶτος, circumstans: præs. pass. περιΐσταμαι, cohibeo, [* med. fugio, vito, 2 Tim. ii. 16. Tit. iii. 9. Lucian. in fine Hermotimi. Græv. not. in Luc. Solœc. § xxv. Gat. ad Antonin. l. iii. 4. 92.] περιΐστασο, obsiste, cohibe, fuge, præs. imperat. pass. cum acc. ex περὶ, et ἵστημι, sto. f. στήσω, a. 2. ἔστην, a. 2. inf. act. στῆναι, part. στάς.

Περικαθαίρω, f. αρῶ, circumquaque purgo, perpurgo; exponitur etiam

circumcido: ex περὶ, et καθαίρω, purgo.

Περικαθαριεῖ, 3. sing. f. 1. à

Περικαθαρίζω, f. ίσω, et Att. -ιῶ, circumcirca purifico: ex περὶ, et καθαρίζω, purifico. Th. καθαίρω, purgo.

Περικάθαρμα, ατος, τὸ, purgamentum, sordes undique collecta: à περικαθαίρω, quod vide.

Περικάθημα, ατος, τὸ, obsessio: à

Περικάθημαι, obsideo: ex περὶ, et κάθημαι.

Περικαθίζω, hostiliter circumsideo, obsideo: ex περὶ, et καθίζω, colloco, sedeo. Th. ἵζω, idem, f. ἵσω.

Περικαλλέα, acc. sing. à

Περικαλλής, έος, ὁ ϗ ἡ, perpulcher, in nom. pl. περικαλλέες. Ex περὶ, et καλὸς, pulcher.

Περικαλύπτω, obvolvo, circumtego. f. ψω, a. 1. περιεκάλυψα, p. περικεκάλυφα, perf. pass. περικεκάλυμμαι, perf. part. pass. περικεκαλυμμένος, η, ον, circumtectus, a, um: ex περὶ, et καλύπτω, abscondo.

Περικαρφισμὸς, οῦ, ὁ, q. d. festucatio, quum gallina ovo edito se festucâ aliquâ purificat; purificatio: ex περὶ, et κάρφος, εος, τὸ, festuca, palea. Th. κάρφω, sicco.

Περικατάληπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, comprehensus, occupatus. Th. λαμβάνω.

Περικαταρρήγνυμι, dilacero: ex περὶ, et καταρρήγνυμι. Th. ῥήσσω.

Περικατερρήξατο, 3. sing. a. 1. m. præced.

Περικάτησθαι, Ion. pro περικάθησθαι, præs. infin. m. Sic περικατημένῳ, Ion. pro περικαθημένῳ, dat. sing. part. præs. m. verbi περικάθημαι, sedeo circum, obsideo.

Περίκειμαι, circumjaceo, circumponor, circumdor; cinctus sum amictu, talis, &c. περίκειται, 3. sing. m. superest, restat. imperf. m. περιεκείμην, σο, το. Th. κεῖμαι, jaceo, f. m. κείσομαι.

Περικεντέω, -ῶ, f. ήσω, pungo, stimulo: ex περὶ, et κεντέω.

Περικεφαλαία, ας, ἡ, galea, qu. περὶ τὴν κεφαλὴν κειμένη.

Περικήδεο, Ion. pro περικήδου, præs. imperat. pass. à

Περικήδομαι, idem quod κήδομαι, curam gero. Th. κῆδος, εος, τὸ, cura.

Περίκηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, valdè aridus, ambustus; item circumquaque fissus: ex περὶ, et κήλεος, calidus. Th. καίω, uro.

Περίκηπος, hortus vicinus. D. S.

Περικλασθέντων, gen. pl. a. 1. part. pass. περικλασθεὶς. à

Περικλάω, undique frango. Th. κλάω, frango.

Περικλειόμενος, ου, circumclusus, præs. part. pass. à

Περικλείω, circumcludo. Th. κλείω, claudo.

Περικληίειν, Ion. pro περικλείειν, infin. præced.

Περικλῆς, έος, ὁ, PERICLES, nomen proprium.

Περικλύζω, f. ύσω, circumluo, undique alluo: ex περὶ, et κλύζω.

Περικλυτὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, valdè inclytus, celebris: ex περὶ, et κλυτὸς. Th. κλύω, audio.

Περικνημὶς, ῖδος, ἡ, ocrea, tibialia: ex περὶ, et κνήμη, tibia.

Περικνίδιος, ον, asper, multis et parvis aculeis, ut folia urticæ, thymi, &c. à

Περικνίζω, f. ίσω, scalpo, pungo, rado: ex περὶ, et κνίζω, idem quod. Th. κνάω, rado.

Περικομπέω, -ῶ, f. ήσω, increpo, circumstrepo: ex περὶ, et κομπέω, strepo.

Περικοπὴ, ῆς, ἡ, circumcisio, circumcisura; item quævis mutilatio; et lineamentum, seu corporis descriptio; apparatus, ornatus; facultates, opes: à

Περικόπτω, circumcido; item Metaph. accido, i. e. vires alicujus et potentiam imminuo: ex περὶ, circum, et κόπτω, f. ψω, seco.

Περικοσμέω, -ῶ, f. ήσω, exorno.

Περικρατὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, compos, cum gen. item superior. Ex περὶ, et κρατέω, teneo. Th. κράτος, εος, τὸ, robur.

Περικρύπτω, occulto, f. ψω, p. περικέκρυφα, a. 2. περιέκρυβον, ες, ε. Th. κρύπτω, abscondo.

Περικτίονες, vide in περικτύονες.

Περικτίτης, ου, ὁ, circumvicinus, finitimus, in plur. περικτῖται. Ex περὶ, et κτίζω, ædifico, struo.

Περικτίων, ίονος, ὁ, finitimus habitator, vide in seq.

Περικτύονες, ων, οἱ, pro περικτίονες, à περικτίων, ίονος, qui circum aliquem locum ædificia exstruit: ex περὶ, circum, et κτίζω, ædifico.

Περικυκλόω, -ῶ, circumdo, cingo: f. ώσω, perf. περικεκύκλωκα, a. 1. περιεκύκλωσα. Th. κύκλος, circulus.

Περικύκλῳ, adv. circum, circumcirca.

Περικωνέω, circumcirca illino, propriè pice: ex περὶ, et κῶνος, conus; turbo; nux pini piceæque.

Περιλαμβάνω, complector, comprehendo; item patior; item cogor: ex περὶ, et λαμβάνω, capio; f. m. λήψομαι.

Περιλάμπω, circumfulgeo, undique illustro: f. ψω, a. 1. περιέλαμψα, a. 1. part. act. περιλάμψας, αντος. Th. λάμπω, luceo.

Περιλείπω, relinquo, reliquum facio, f. ψω, perf. περιλέλειφα, præs. pass. περιλείπομαι, reliquus sum, supersum. perf. part. pass. περιλελειμμένος, η, ον, relictus, residuus, a, um. Ex περὶ, et λείπω, linquo; a. 2. ἔλιπον, p. m. λέλοιπα.

Περιλείχω, circumlambo, circumcirca lingo: ex περὶ, circum, et λείχω, lingo, f. ξω.

Περιλέπω, f. ψω, delibero, decortico. Th. λέπω, decortico.

Περιλεσχήνευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, celebris: ex περὶ, et λεσχηνεύω, sermocinor. Th. λέσχη, sermocinatio.

Περίλημμα, ατος τὸ, captio, res capta: à περιλαμβάνω.

Περιληπτὸς, ἡ, ὸν, qui comprehendi potest; qui percipi potest: à περιλαμβάνω, comprehendo. Th. λαμβάνω, capio.

Περιλιχμάζω et περιλιχμάω vel -άομαι, idem quod περιλείχω, quod vide.

Περίλοιπος, ου, ὁ ϗ ἡ, relictus, residuus.

Περιλούω, f. ύσω, abluo.

Περίλυπος, ου, ὁ ϗ ἡ, valdè tristis, Th. λύπη, dolor.

Περιμαίνομαι, valdè furo: ex περὶ, et μαίνομαι, furo, insanio: f. m. μανῦμαι.

Περιμένῃς, 3. sing. præs. sub. à

Περιμένω, præstolor, exspecto, moror: cum acc. f. περιμενῶ, perf. περιμεμένηκα, a. 1. περιέμεινα, ας, ε. Th. μένω, maneo.

* Περίμεστος, ον, valdè plenus, refertus: Plut. in Cæs. 7. 709. D.

Περίμετρον, ου, τὸ, ambitus, circumferentia: à

Περίμετρος, ου, ὁ ϗ ἡ, orbicularis, rotundus: ἡ περίμετρος, sc. γραμμὴ, linea, quâ in orbem ductâ aliquid metimur, PERIMETER. Th. μέτρον, mensura.

Περιμήδεα, acc. sing. à

Περιμήδης, εος, ὁ, nomen viri.

Περιμήκεες, nom. pl. à

Περιμήκης, εος, ὁ ϗ ἡ, prælongus: ex περὶ, intens. et μῆκος, εος, τὸ, longitudo.

Περιναιετάουσι, circum habitant, 3. pl. præs. sub. verbi περιναιετάω, accolo: ex περὶ, et ναιετάω, idem quod Th. ναίω, habito.

* Περιναύτιος, ἀπὸ τῶ περὶ et ναυτία, nausabundus, nauseâ plenus.

Περίνεος vel περίναιον, ου, τὸ, PERINÆUM, pars inter πρωκτὸν ϗ αἰδοῖον, puto, quod humore soleat, qu. περινεῖν, id est, circumnatare.

Περίνεως, ω, ὁ, superfluus in navi

vectus: ex περὶ, *suprà*, et νέως, *navis.*

Περινίσσομαι, *circumeo*: ex περὶ, et νίσσομαι, idem quod Th. νέω, *εω, redeo.*

Περινισσομενάων, gen. pl. Æol. part. præs. m. à præced.

Περινοέω, -ῶ, *maximè cognosco; mente complector et concipio, excogito*: f. ήσω, p. -νενόηκα.

Περινοστέω, ῶ, f. ήσω, *circumeo, peragro, lustro*: ex περὶ, et νοστέω.

Περινοστήσας, περινοστήσασα, a. 1. part. act. m. et f. g. à præced.

Πέριξ, *circumcirca.* Th. περὶ, *circum.*

Περιξέω, et περιξύω, f. ύσω, *circumquaque rado*, vel *polio.*

Περιοδεύω, *circumeo, lustro, periodum facio*, f. -εύσω, p. -όδευκα: à

Περίοδος, ου, ἡ, *circuitus, ambitus, PERIODUS*: ex περὶ, et ὁδὸς, ἡ, *via.*

Περιοικέω, -ῶ, *accola sum*: f. ήσω, perf. περιῴκηκα. Ex περὶ, et οἰκέω, *habito.* Th. οἶκος, *domus.*

Περιοικὶς, ίδος, ἡ, *circa urbem sita, vicina*: à περίοικος.

Περιοικοδομέω, -ῶ, *in orbem struo, domi includo*, f. ήσω, p. -ῳκοδόμηκα.

Περίοικος, ου, ὁ καὶ ἡ, *accola, qui circa nos habitat, qui nobis est vicinus*: ex περὶ, et οἶκος.

Περιοπτέος, έα, έον, *despiciendus, negligendus*, adj. verbale: à

Περιόπτομαι, *circumspicio*; item *contemno.* Th. ὄπτομαι, *video.*

* Περίοπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *conspicuus, negligens*; à περιόπτομαι.

Περιορᾷν, præs. inf. act. à

Περιοράω, *circumspicio; negligo.* Th. ὁράω, *video.*

* Περιόρθριον, ου, τὸ, *diluculum*: à

* Περιόρθρον, ου, τὸ, idem: ex περὶ, et ὄρθρος.

Περιορίζω, f. ίσω, *suis finibus limitibusque circumscribo*, item *extermino*: ex περὶ, et ὁρίζω, *termino.* Th. ὅρος, *terminus.*

Περιορισμὸς, οῦ, ὁ, *circumscriptio quæ fit limitibus*; item *ipsi limites agrorum*; et *exilium*: à præced.

Περιουσία, ας, ἡ, *abundantia, præstantia*: à περίειμι, *abundo.* Th. εἰμὶ, *sum*: part. ὢν, οὖσα.

Περιουσιάζω, f. άσω, *suppetunt mihi opes et copiæ*: à præced.

Περιουσιασμὸς, οῦ, ὁ, *peculio opum; peculium*: qu. actus τοῦ περιουσιάζοντος; à præced.

Περιούσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, *peculiaris, abundans, eximius*: à περιὼν, οῦσα, verbi περίειμι, *excello.* Th. εἰμὶ, *sum.*

Περιοχὴ, ῆς, ἡ, *argumentum, complexio*: à περιέχω, *contineo.* Th. ἔχω, *habeo.*

Περιπαρῆναι, a. 2. inf. pass. περιπαρεὶς, έντος, *trajectus*, a. 2. part. pass. verbi περιπείρω, *circumcirca transfigo*: ex περὶ, *circum*, et πείρω, *transfigo*: f. περῶ, aor. 1. ἔπειρα, a. 2. pass. ἐπάρην.

Περιπατέω, *obambulo, deambulo.* Metaph. *vitam dego, vivo*: f. ήσω, p. περιπεπάτηκα. Ex περὶ, *circum*, et πατέω, *calco.*

Περιπατητικὸς, ἡ, ὸν, *ambulator*: hinc περιπατητικὸς, οῦ, ὁ, *PERIPATETICUS*, qui profitetur sectam Aristotelis: Hinc Angl. PERIPATETIC: à præced.

Περιπατοίην, Attic. pro περιπατοῖμι, præs. opt. act. à περιπατέω, quod vide.

Περίπατος, ου, ὁ, *ambulatio, deambulatio, locus in quo ambulamus*; it. *disputatio Philosophica quæ fit inter deambulandum*, seu *disputatio ambulatoria*; item *locus in quo Philosophi ambulantes disputabant*, peculiaritèr *schola*, seu *secta Aristotelis*: à περιπατέω, quod vide.

Περιπέζιος, ία, ιον, *terræ propinquus*: Hinc ἡ περιπεζία, ας, *humilitas*: ex περὶ, et πέζα.

Περιπείρω, *transfigo*: f. περιπερῶ, a. 1. περιέπειρα, ας, ε, in pass. περιπείρομαι, η, εται, *transfigor*: ex περὶ, et πείρω, *transfigo.*

Περιπέπταμαι, vide πέπταμαι.

Περιπεπτωκέναι, p. inf. act. verbi περιπίπτω, *incido, cado super*: ex περὶ, et πίπτω, *cado*, f. m. πεσοῦμαι, p. πέπτωκα, a. 2. ἔπεσον.

Περιπεσὼν, όντος, a. 2. part. act. περιπεσεῖν, a. 2. infin. περιπέσητε, 2. plur. a. 2. sub. act. ejusd. verbi.

Περιπετὴς, έος, ὁ, καὶ ἡ, *qui incidit.* Res verò περιπετεῖς dicuntur, *quæ in contrarium statum sunt lapsæ*: ex περὶ, et πέτω, inus. pro quo fit πίπτω, *cado.*

Περιπεφλευσμένων, gen. pl. perf. part. pass. à περιφλεύω, pro περιφλέω, *amburo.* quod à φλέω, *ferveo.* Th. φλέω, *mugor*, &c.

Περιπίπτω, *incido*, cum dat. f. περιπτώσω, p. περιπέπτωκα, a. 2. περιέπεσον, a. 2. inf. περιπεσεῖν. ex περὶ, et πίπτω, *cado.*

Περίπλεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *implicitus, connexus*; verbale à

Περιπλέκω, *circumligo, complector*; item *involvo orationem verbis. et sensum obumbro*: ex περὶ, et πλέκω, f. ξω, *necto.*

Περιπλόμενος, per Syncop. pro περιπελόμενος, *circumvolutus.* in gen. pl. περιπλομένων. hinc περιπλόμενος ἐνιαυτὸς, *vertens annus*: à περιπέλω, *circumverto.* Th. πέλω, *sum*, et *verto.*

Περίπλοος, -ους, -όου, -ου, ὁ, *circumvectio, circum aliquem locum navigatio*; item adject. *qui circum navigari potest*: ex περὶ, *circum*, et πλέω, *navigo.* undè πλόος, -οῦς, ὁ, *navigatio.*

Περιπνιγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *suffocatus*: ex περὶ, et πνίγω.

Περιποιέω, *tueor, servo; gigno, affero*: in med. *acquiro, comparo; vindico mihi*: f. ήσω, p. περιπεποίηκα, præs. m. περιποιοῦμαι, -οῦμαι, a. 1. m. περιεποιησάμην, ω, ατο. hinc περιποιησώμεθα, 1. pl. a. 1. sub. m. ex περὶ, et ποιέω, *facio.*

Περιποίησις, εως, ἡ, *tutatio, acquisitio, vindicatio*: à præced.

Περιπολέω, *in orbem ago* seu *versor, obeo, circumeo*: ex περὶ, *circum*, et πολέω, *versor.*

Περιπόλια, ων, τὰ, *civitates vicinæ.*

Περιπόρφυρον, ου, τὸ, *prætexta, vestis purpurea.*

Περιπρὸ, *ultrà*, qu. *circum et antè*; ex περὶ, et πρὸ.

* Περιπταίω, *incido*, cum Dat. ὀλέθρῳ, Tryph. 383. Vid. not. Merric.

Περίπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, *undique pinnatus*, vel *tectus*: ex περὶ, et πτερὸν.

Περιπτύξασα, *complexa*: a. 1. part. f. g. à

Περιπτύσσω, *complector*: f. ξω. Ex περὶ, *circum*, et πτύσσω, *plico.*

Περίπτωμα, ατος, τὸ, *casus, prolapsus*: à περιπίπτω.

Περίπυστος, ου, ὁ καὶ ἡ, *celebris, famâ notus*: ex περὶ, et πυνθάνομαι, *audio, cognosco.* f. m. πεύσομαι, perf. pass. πέπυσμαι.

Περιῤῥαίνω, *circum aspergo*; f. ρανῶ, p. περιέῤῥαγκα. ex περὶ, et ῥαίνω, *aspergo.*

Περιῤῥαντήριον, ου, τὸ, *aspergillum, instrumentum ad aspergendum*; vas *aquarium*: à περιῤῥαίνω, *circum aspergo*: ex περὶ, et ῥαίνω, *aspergo.*

Περιῤῥαντίζω, idem quod περιῤῥαίνω, q. v. f. ίσω, p. περιῤῥάντικα.

Περιῤῥάπτω, idem quod ῥάπτω, *suo*: f. ψω, p. ἔῤῥαφα.

Περιῤῥέω, *circumfluo, alluo*; ex περὶ, *circum*, et ῥέω, f. ῥεύσω, *fluo.*

Περιῤῥήγνυμι, *dirumpo*; f. περιῤῥήξω, perf. περιέῤῥηχα, a. 1. περιῤῥήξας, a. 1. part. act. περιῤῥήξαντος. Ex περὶ, et ῥήγνυμι, seu ῥήσσω, *frango.*

Περίῤῥοος, ου, ὁ καὶ ἡ, *circumfluus*; et

Περίῤῥυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *circumfluus*; à περιῤῥέω, quod vide.

Περισαλόω, -ῶ, *variego; includo*, f. ώσω, p. περισεσάλωκα.

* Περισίδηρος, ου, ferro obductus. D. S.

Περισκελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, perdurus, pertinax, præfractus, asper, molestus; ex περὶ, et σκέλλω, exsicco.

Περισκελὴς, ίος, ὁ ϗ ἡ, crura ambiens; ex περὶ, et σκέλος, crus; hinc

Περισκελὶς, ίδος, ἡ, feminale, caliga, bracca.

Περίσκεπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, excelsus, altus; à περισκέπτομαι, circumspicio. Th. σκέπτομαι. video; f. m. ψομαι.

Περισκυλακίζω, lustro per σκύλακα. Veteres se lustrare et expiare solebant, catulo circa corpus ducto: quam lustrationem vocabant περισκυλάκισμον. à σκύλαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, canis, catulus. Th. ὑλάω, latro.

Περισκυτίζω, cutem detraho, excorio: fut. ίσω, p. -ισκύτικα.

Περισπασμὸς, οῦ, ὁ, distractio, circumactio; contentio, bellum; circumflexio, Vox Gram. à

Περισπάω, -ῶ, detraho, distraho: f. άσω, p. περιέσπακα, imperf. pass. περιεσπαόμην, -ώμην, -άν, -ῶ, -άετο, -ᾶτο. Th. σπάω, traho, f. άσω, p. ἔσπακα.

Περισπέρχω, et Att. vel Ion. περισπερχέω, studiosè propero, graviter fero, vel infensus sum. Th. σπέρχω, urgeo.

Περισπόριον, ου, τὸ, suburbium.

Περισπούδαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, studiosè expetitus: ex περὶ, et σπουδάζω, sedulò ago, enitor. Th. σπεύδω, festino

Περισπωμένη, ης, (sc. προσῳδία) circumflexus accentus, part. præs. m. f. g. à περισπάω, -ῶ, quod vide suprà.

Περισσὰ, eximia, nom. pl. n. g. vel pro περισσῶς, à περισσὸς, quod vide.

Περισσεία, ας, ἡ, abundantia: à περισσεύω, scil. ευ in ει mutato.

Περίσσευμα, ατος, τὸ, abundantia, reliquia; à

Περισσεύω, vel περιττεύω, abundo, supersum; excello: f. εύσω, a. 1. *περίσσευσα, feci *exuberare. [* 2 Cor. ix. 8. 12. Eph. i. 8. 1 Thess. iii. 12.] περισσεύσειμαι, a. 1. opt. act. περισσεῦον, οντος, τὸ, quod superest, reliquiæ, præs. part. n. g. Sic τὸ περισσεῦσαν, αντος, a. 1. part. act. n. g. à περισσὸς, eximius, Th. περὶ, suprà.

Περισσὸν, οῦ, τὸ, substantiv. præstantia, excellentia, copia; n. g. sequentis.

• Περισσὸς, et Att. περιττὸς, ἡ, ὸν, excellens; item nimius, redundans; q. d. περὶ ἄλλων ὤν, aliis præstans: in περισσοῦ, multò magis: εἴκοσι περιττὰ, viginti et amplius. Th. περὶ, suprà.

Περισσότερος, ου, præstantior, compar. à περισσὸς.

Περισσοτέρως, adv. vehementiùs, magis, à præced.

Περισσῶς, adv. copiosè, eximiè, valdè, abundè: à περισσὸς.

Περισταδὸν, adv. circumstando, circumcirca: à περιΐστημι.

Περισταίην, ης, η, a. 2. opt. act. verbi περιΐστημι, circumsto. et

Περιστάντας, acc. pl. à

Περιστὰς, αντος, circumstans: part. aor. 2. ejusd. verbi quod ex περὶ, et ἵστημι, sto: f. στήσω, a. 2. ἔστην.

↘ Περίστασις, εως, ἡ, statio; circumstantia; circumstantium corona; necessitas; vicissitudo; occasio; apparatus, instrumentum; magna rerum agendarum turba circumstans et urgens: acc. περίστασιν. à περιΐστημι.

Περίστατος, ου, ὁ ϗ ἡ, coronâ circumstantium cinctus: item Subst. ὁ, locus altus: ab eòd.

Περιστέωσι, circumstent: Poët. pro περιστῶσι, et hoc Ion. pro περιστῶσι, 3. plur. a. 2. sub. act. verbi περιΐστημι, circumsto. Th. ἵστημι, sto: f. στήσω, a. 2. ἔστην, a. 2. opt. σταίην.

Περιστέλλω, f. ελῶ, p. αλκα, protego; diligentèr observo; orno: περιστέλλειν ἀοιδὰν, carmen concinnare et componere. Th. στέλλω, orno.

ΠΕΡΙΣΤΕΡΑ', ας, ἡ, columba: q. à περισσῶς ἐρᾶν. Sæpiùs enim parit anno: ideo Veneri sacrabant eam. Vel à περισσῶς, τρέειν, est enim pavida valdè.

Περιστερεὼν, ῶνος, ὁ, columbarium; item herba sic dicta: à super.

Περιστερίδιον, ου, τὸ, dimin. pullus columbinus.

Περιστεροειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, columbinæ speciei.

Περιστεφανόω, coronâ cingo: vide στεφανόω.

Περιστέφεται, coronatur: 3. sing. præs. ind. pass. à

Περιστέφω, coronâ cingo. Th. στέφω, corono: f. ψω.

Περιστήθιον, ου, τὸ, pectorale: ex περὶ, et στῆθος, pectus.

Περιστόμιον, ου, τὸ, lingulæ locus in gutture, pinguedo; ora seu limbus; item puteal. Th. στόμα, ος.

Περιστοναχίζε, circumquaque ingemiscebat: 3. sing. imperf. act. Ion. à

Περιστοναχίζω, idem quod περιστένω, circumcirca gemo. Th. στενὸς, ῦ, ὁ, angustus.

Περιστράπτω, pro περιαστράπτω, circumfulgeo. Th. ἀστράπτω, fulgeo.

Περιστρέφοντα, acc. sing. præs. part. act. verbi

Περιστρέφω, circumago, in orbem verto. Th. στρέφω, verto; fut. ψω.

Περιστροφὴ, ῆς, ἡ, conversio, rotatio. à præced.

Περίστρωμα, ατος, τὸ, tapes, aulæum; qu. circumstratum: ex

Περιστρώννυμι, prosterno: f. στρώσω, p. περιέστρωκα.

Περιστρωφᾶσθαι, Ion. pro περιστρέφεσθαι.

Περιστύλιον, ου, τὸ, et περίστυλον, et

Περίστυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, locus columnis cinctus. Th. στῦλος, columna.

Περισύρω, circumcirca traho, distraho, divello; vexo, diripio, probris lædo. Th. σύρω, f. ρῶ, traho.

Περισφύριον, ου, τὸ, fimbria, talaria, fascia circa talos: ex περὶ, et σφύρα, malleus.

Περίσχεο, auxiliare: Ion. pro περίσχου, a. 2. imp. m. ex περὶ, et ἔχω, habeo: f. ἕξω, et σχήσω, a. 2. ἔσχον, a. 2. m. ἐσχόμην.

Περισχίζω, circumcido; dirimo: ex περὶ, et σχίζω, findo.

Περιταμέμεν, incidere: Ion. pro περιτάμνειν, præs. infin. act. à

Περιτάμνω, Ion. pro περιτέμνω, circumcido. Th. τέμνω, seco: f. τεμῶ, p. τέτμηκα, a. 2. ἔταμον, p. m. τέτομα. hinc perf. infin. med. περιτετομέναι.

Περιτέθεικα, ας, ε, perf. ind. act. verbi περιτίθημι, attribuo. Th. τίθημι, pono: fut. θήσω, a. 2. ἔθην.

Περιτειχίζω, circumvallo, muro includo: f. ίσω. Th. τεῖχος, murus.

Περιτείχισις, εως, ἡ, item

Περιτείχισμα, ατος, τὸ, et

Περιτειχισμὸς, ῦ, ὁ, circumvallatio: à περιτειχίζω, murum struo. Th. τεῖχος, εος, τὸ, murus.

Περιτέλλομαι, Poët. pro ἀνατέλλω, orior, exorior: med. à

Περιτέλλω, f. ελῶ, circumvolvo, perficio: ex περὶ, et τέλλω.

Περιτεμεῖν, a. 2. infin. act. à

Περιτέμνω, circumcido, amputo: f. τεμῶ, p. περιτέτμηκα, a. 2. περιέτεμον et -έταμον, a. 2. inf. act. περιτεμεῖν, p. pass. περιτέτμημαι, p. part. pass. περιτετμημένος, a. 1. pass. περιετμήθην, p. m. περιτέτομα: ex περὶ, et τέμνω, seco.

Περιτέτμηνται, 3. pl. p. pass. verbi περιτέμνω, quod vide.

